THEATRVM MVNDI, ET TEMPORIS,

In quo

NON SOLVM PRECIPVAE HORVM PARTES describuntur, & ratio metiendi eas traditur, sed accomodatissimis figuris sub oculos legentium facilè ponuntur.

VBI ASTROLOGIAE PRINCIPIA CERNVNTVR AD MEDICINAM accommodata, Geographica ad nauigationem, singulę stellæ cum suis imaginibus, item ad medicinam, & Dei opera cognoscenda, & contemplanda, kalendarium Gregorianum ad diuina officia, dieſque festos celebrandos,

ET ALIA MVLTA, QVÆ STVDIOSVS LECTOR FACILE IN LEGENdo cognoscet, ex quo fit, vt Theologis, Philosophis, Medicis, Astrologis, Nauigantibus, Agricolis, & ceteris bonarum artium, & scientiarum professoribus sit opus vtilissimum;

Nunc primum in lucem editum.

IOANNE PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE.

AD BEATISS. SIXTVM V. PONTIFICEM MAX.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, Apud Ioannem Baptistam Somascum. 1588.

De Fr. Ivo Burriano.

BEATISSIMO, AC SANCTISSIMO SIXTO V. PONTIFICI MAX.

SEMPER ego Beatissime Pater, ex quo aliquid sapere cœpi, Philosophiæ studium illud esse existimaui, in quo vno meritò viri prudentes curam, cogitationem, mentem denique omnem figerent atque locarent: eosque semper viros illam qui profiterentur, vel aliqua ratione in ea versarentur, summis honoribus dignos, summaque veneratione afficiendos esse iudicaui: præsertim si ad verum hominis finem, quod summum bonum est, & æterna, beataque vita sua studia spectare cognoscerem. Hoc enim fine ignorato quid aliud est hominis vita, quàm nauis sine gubernatore, & cla uo modo huc, modo illuc agitata, quæ ob id in nullam umquàm tutum portum peruenire potest, sed in scopulis tandem collisa frangitur? Cætera enim, quibus homines student, eò tantum spectare uidentur, vt corpora, quæ habemus cum cæteris animalibus communia, & breui peritura, multis commodis afficiant: at hæc studia animum, quo ipso Deo similes sumus, & qui perpetuò perduraturus est; precipuè respiciunt. Cum autem non Philosophi omnes in omnibus ad Philosophiam perti-

nentibus excellant, sed alij alijs in rebus ætatem conterant, qui in re præstantiori, & certiori uersatur, uel ipso Philosopho teste, eum ceteris dignitate anteire fatendum est. Totum vero suis partibus præstare nemo credo negat. At multi in contemplandis, & describendis quibusdam paruis mundi particulis immortalem sibi gloriã compararunt. At qui de hac tanta vniuersitate, qui mundus est, & summi Dei Architecti fabrica, & præsertim, de cœlorum motibus pro rei dignitate tractat, eum non cum hominibus comparo, sed simillimum angelis esse iudico. Illi enim Deum, & hic Dei præstantissima opera, & eius creatorem per ea contemplatur: in hac enim uniuersitate omnia quidem, sed nihil est, quod magis sui creatoris tum pulchritudinem, tum bonitatem, tum sapientiam, tum omnipotentiam nobis referat, quàm Sol, quàm Luna, quàm Stellæ omnes, quæ omnibus benefaciunt, omnes ad se sua pulchritudine alliciunt, atque trahunt, & sua ipsorum collocatione, & motu infinitam Dei sapientiam nobis ob oculos ponunt? Hoc autem cum in animo euolueret Propheta non potuit non exclamare dicens. |Cœli enarrant gloriam Dei; & opera manuum eius annunciat firmamentum.| Quam cœlorum vim cum Gigantes illi experirentur, quòd se ab illorum pulchritudine trahi sentirent, & ad ea loca se peruenire suorũ corporum mole sperarent, suo artificio perierunt. Quod & Icaro accidit, cum paternis monitis parere noluerit. Nostris tantum animis dum in terris sumus datum est, ut illuc oculis ducibus perueniant: vt Anaxagoræ placebat, qui se natum solum profitebatur, ut Solis pulchritudinem aspiceret. A quo non erat alienus diuinus ille Plato, qui ad id datos hominibus arbitrabatur oculos, & qui illis ad cœlestia corpora contemplanda non uterentur dignos, quibus illi eruerentur esse censebat: Ego igitur his omnibus rationibus, atque affectionibus permotus inter cetera mea studia, hæc quoque vniuersum hoc templum, quod incolimus, & mundus dicitur, contemplantia, & cœlum præcipuè cum tempore, ita sum complexus, ut quadam voluntaria necessitate fuerim coactus, hos libros non solum conscribere, sed in aspectum, lucemque proferre. Qui libri tamquàm ansam prębent hominibus studiosis ad uniuersum Mundum, & eius præcipuas partes,

tes, ſed cœlum maxime, & tempus, quod cum mundo creatum eſt, & cum mundo eſſe deſinet, contemplandum: quippe qui multis appoſitis figuris hæc omnia ſub legentium oculos ponunt: quibus id facilè, & maxima cum voluptate fiat. Eos igitur non indignos eſſe ſum arbitratus, ad quos vel principes ipſi, licet in moleſtiſſimis curis ſint perpetuò detenti, aliquando oculos, & animum conuertant. Inde enim nullo cum labore non paruam vtilitatem ad ſua munera obeunda maxima cum voluptate coniunctam profecto percipient. Tu autem Beatiſſime Pater cum Solus verus, & legitimus Chriſti Domini Vicarius D. Petri ſucceſſor, ſis, & huius mundi, quem deſcribo, Solus legitimus Dominus, ob id meritò, ac iure optimo, hunc librum tibi dicandum cenſui. Hunc enim niſi id feciſſem, tuo quidem iure a me petere poſſes, vt tuum. Quod tamen ego libentiſſime feci, cum ex omnibus ille Pontifex Max. ſis, qui quamplurimis, qui in iſto totius orbis terrarum altiſſimo Throno ſederunt auctoritate, & conſilio antecedis, quique tum hoc ſtudio, tum eius ſtudioſis, tum ceteris artibus, & ſcientijs, quæ ad tantum munus obeundum, & decorandum valent, iam a pueritia delectatus es, nuncque magis delectaris. Quis Romam poſt priſcos illos Imperatores vel potius poſt illum vere Auguſtum Cęſarem pacatiorem, & poſt alios ornationem reddidit? Teſtis eſt illa Pyramis, quæ tam multos annos pene ſepulta latuit, quam erigendam curaſti: quod licèt multi concupierint, nemo tamen tantum opus tentare auſus eſt. Prætereo reliquas ędificationes, quæ ad communem omnium utilitatem, & vrbis ornamentum perfectæ ſunt, & quotidie perficiuntur: ſunt enim alia maiora. Tu enim Solo nutu Italiam ab hoſtibus, & armatis latronibus liberaſti, quod alij multis annis, multiſque copijs ne inchoare quidem potuerunt. Hoc autem quis non ſummis laudibus ad cœlum extollit? Mitto, quæ quotidiæ, pro rep. chriſtiana vel tuenda, vel augenda ex animo, & ſapienter a te fiunt. Hoc enim vnum non epiſtolam, ſed iuſta volumina deſiderant, quod munus ceteris maiori ingenio, maiorique dicendi copia præditis relinquo. Quis ſtudioſorum virorum dignitatem magis tuetur, magiſque amplificat? Hinc fit Beatiſſime Pate, vt multi ſui ingenij monumenta tibi offerant,

& di-

& dicata velint. Multi etiam fore sperant, vt de isto MONTE ALTO (quemadmodum ille Atlas fecisse dicitur) facile omnes stellarum cursus, qui adhuc penitus nobis noti non sunt obseruari possint: modo adduceris, ut instrumenta necessaria fabricanda, & loca conuenientia præparanda, quibus id rite fieri possit, procurare uelis. Hoc non possunt priuati homines; licet huius tantæ rei studiosissimi sint, nisi principum auxilium accedat. Quod si ad aliquos Principes pertinet, id summi Pontificis maximè munus est; quippe qui Solus est huius domicilij, huius templi, vel huius ciuitatis, qui mundus dicitur, legitimus Rex & Princeps, qui debet quidem suarum rerum omnium, & singularum eam notitiam per homines ad id accommodatissimos, habere, quæ maior haberi possit. Tibi igitur Santissime Pontifex Max. cũ non desint ea, quæ sunt necessaria, vt instrumenta parentur, non desint Romæ neque montes, neque serenum Cælum, neq; Mathematici peritissimi, inter quos maxime elucet Christophorus Clauius, reliquum est, vt uoluntas ad id se conuertat tua, quod ad Pontificium munus spectare maxime videtur, ex quo summam gloriam, si animum induxeris, te consecuturum video. Nam non solum opus, quod summa laude dignissimum est, effeceris, uerum etiam tuum exemplum erit ceteris summis Pontificibus quasi quidam stimulus, qui eos excitabit, vt opus in isto MONTE ALTO, inceptum prosequantur, & tua auctoritate sibi persuadeant ad summum Pontificem motuum cælorum obseruationem maxime pertinere: cum ex illis maxime mobilium sestorum ratio pendeat. Quod ego ex te tam spero, quàm, quæ certissima sunt. Nam cum primum Pontifex Maximus creatus fuisti, & tua insignia extulisti, id tacita quadam ratione omnibus pollicitus es. In illis enim cernitur MONS ALTVS ad hanc contemplationem necessarius, cernitur Stella, quæ vult obseruari, & ut obseruetur postulat, cernitur LEO intermedius, qui qualia debeant esse instrumenta docet, & homines qui obseruaturi sunt, instrumenta scilicet robusta: ne corrumpãtur ex auricalco, quod Leonis color refert, ac fortitudo homines, qui doctrina sint ceterorum hominum reges, vt Leo est ceterorum animalium Rex: cernuntur Pira in Leo

nis

nis manibus, quæ nobis indicant, id non sine magno fructu futurum: huberimos enim fructus Piri ferunt. Cernitur illa REGVLA, quæ in Astrolabio fiduciæ lineam continet a monte ad Stellam pertingens. Hoc igitur opus tibi reseruauit Deus Opt. & Max. tu Solus ille futurus es, qui in Italia hoc tantum bonum procuret. His igitur omnibus de causis, & alijs, quas enumerari epistola non possunt: qui te rege vtuntur pacatam, & tranquillam uitam, & omnibus rebus ad viuendum necessarijs abundantem degunt. Qui vero summo Pontifice, vt sunt Catholici Christiani omnes, quotidie Deo pro incredibili sapientia, ac pene diuina, quam in te in grege tibi commisso curando agnoscunt, gratias agunt, enixeque rogant, ut tibi diuturnam, & tranquillam uitam largiatur. Qui uerò ex ijs omnibus bonis artibus, & scientijs suum studium dederunt, non alium Mæcenatem inuenisse profitentur, sed patrem qui filios profecisse in litteris uehementer lętatur, et eos non illecebris, aut crustulis ad studia allicit: atque trahit, sed maximis honoribus, maximisque muneribus eos complectitur, & hilari vultu recipit, & nullos cariores habet. ego igitur huic epistolæ finem imponam, si tuam beatitudinem rogauero, vt hoc munusculum qualecunque sit, quod tibi meo nomine offerendum curaui, (Ego enim, vt maximè vellem, tum ætate iam ingrauescente, tum corporis uiribus non satis firmis ad tuos sanctissimos pedes deosculandos Romam venire nequiui) vt tuum agnoscas, & hilari uultu suscipias, ac tueare, meque, qui in illo multis ante annis inuigilaui, & insudaui, ut ad manus hominum perueniret, in eorum numero esse tibi persuadeas uelim, qui tuis uotis fauent, qui te uenerantur, & vt uerum Christi vicarium adorant, ac colunt, & hoc quàmdiutissime facere exoptant. Vale Beatissime Pater, & diu Vale.

Tuæ Beatitudinis

Humillimus Seruus.

Io. Paulus Gallucius

AD LECTORES
DE LIBRI VSV.

TAM multi reperiuntur libri hac nostra tempestate, in quibus uniuersus describitur orbis, ut nihil sit, quod in hanc sententiam quisque amplius desiderare possit. In illis enim præstant auctores non solum ea, quæ humanum ingenium præstare potest, sed ea quoque quæ multis minime posse uidentur, iuxta illud Horatij.

Expertus vacuum Dedalus aera
Pennis non homini datis.

Constat enim fuisse peritissimum astronomum Dedalum: nos tamen eandem prouinciam aggredi non dubitauimus, non eo consilio, ut rei iam perfectæ quidquam quod rem perfectiorem redderet adiungere sperarem: essem enim Dedalo audacior, uel potius, quàm ille fuit, uel ceteri, qui hanc rem pertractarunt peritiora qua, de me opinione tantum absunt, ut multis ipse concedam. Sed eo nostra consilia spectarunt, ut quæ a peritis hominibus tradita sunt, ea, ex quibus uniuersus hic mundus constat, cœlum, terram, aquam, aerem, & ignem, Solem, Lunam, Stellas, et cetera huiusmodi ita sub legentium oculos ponerem unà cum præcipuarum horum partium, & temporum expositione, ut facile omnes non solum nulla cum molestia, sed maxima cum uoluptate, omnia perciperent. Ex quo non ignaros solum huius facultatis maximum fructum percepturos speramus, sed eos quoque, qui in his rebus diu uersati sunt. Qui enim hæc studia nondum degustarunt, habebunt quasi aditum ad ea, quæ prudentissime ab alijs conscripta sunt, & si contenti erunt auctoritate eorum, qui in hac scientia periti sunt, quod sint (ut multis accidit) ita ceteribus studijs implicati, ut ad hæc studia penitus se conferre non possint, hæc satis erunt. Propter hanc caussam ego, ut doctrina esset facilior, omnibus pene in locis demonstrationes omisi, in multis etiam probabiles rationes, & uolui potius hanc quandam esse descriptionem, & picturam quàm doctrinam, & potius oculis, quàm auribus mihi consulendum existimaui. Peritis quoque non inutile erit, cum facile quidquid diuturnis laboribus consecuti sint hac ratione, si quid excidit (ut sæpe fieri solet) in memoriam reuocent, cum autem illud mihi notum sit.

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

Ea permiscui, quæ non solum ad bonam corporis ualetudinem spectant, sed quæ ad animi utilitatem, & uoluptatem referuntur. Non. n. solum respexi illud animi bonum, quod ad fęlicitatem philosophicam refertur, sed illud quoque, qui Deus est, summum bonum, & uera, & æterna hominis fęlicitas, & ad quam humana omnia referenda sunt. Neque id sine exemplo doctissimorum uirorum feci: cum ab

hac

hac ratione docendi non fuerit alienus Præstantissimus uir Franciscus Titelmanus, qui in suis rerum naturalium considerationibus theologica permiscuit, & omnia ad Creatorem retulit. At hic fuit maximo cum discipulorum plausu in Louaniensi Academia doctor celeberrimus. Sed cum sit nostrum, nos quàm diutissime possumus in hac Dei uinea laborare, neque iniussu eius, a quo missi sumus, hinc discedere, ad uitam quoque diuturnam maxime hi nostri libri conducunt. Ita enim Marsilius Ficinus, Theologus, Philosophus, Astrologus, & Medicus Præstantissimus inquit in lib. de uita cęlitus comparanda. Vtile uero ferè spectare sphæram motibus suis præditam, qualem Archimedes, quondam fabricauit, Neque spectare solum, sed etiam reputare animo. Proinde in ipsis suæ domus penetralibus cubiculum construet in fornicem actum figuris huiusmodi, & coloribus insignitum, ubi plurimum uigilet, atque dormiat. Et egressus domo non tanta attentione singularum rerum spectacula, quanta uniuersi figuram, coloresque perspiciat.

Paulò autem ante quos colores approbet, dixit his uerbis: sunt uerò tres uniuersales, simul & singulares mundi colores, Viridis, Aureus, Saphirinus tribus cœli gratijs dedicati. Viridis quidem Veneri simul, atque lunæ. Humidus uidelicet humidis, atque nascentium proprius, accommodatus & matribus. Aureum solis esse colorem nemo dubitat, & ab Ioue insuper, atque Venere non alienum. Saphirinum denique Ioui maximè dedicamus, cui & Saphirus ipse dicitur consecratus. Hæc Ficinus. Cum autem non omnes neque Archimedis Sphæram, neque cubiculum ea ratione depictum habere possint, hunc librum habere, & illis coloribus uariare, (ut nos uariandum curauimus illum, quē ad Beatissimum D. N. Sixtum V. misimus) facile quisque poterit, & hinc eandem percipere utilitatem, quam tum ex illa Sphæra, tum ex illo cubiculo percipi posse Marsilius contendit; modo has rotulas sæpe spectare, sæpe euoluere, & sæpe in animo reputare uoluerit. Imo maior inde utilitas cernitur: quilibet enim hunc librū semper secū deferre potest, eumq; legere non domi solum, sed foris in naui, in lectica, in equo, in esseda, ruri, militiæ, & tandē ubiq;, quod neque illi Archimedis sphæræ, neque huic Ficini cubiculo usu uenire potest. Nō uanus igitur labor noster existimandus est, quæ alij alijs rationibus scripserūt si in has rotulas congessimus, quæ nobis tum mundi uniuersi, tū illius partiū figuram ob oculos ponunt, cum tantam nobis utilitatem & animi uoluptatem afferat, quod nullum pene cum labore inde multa discamus. Reperiet tamen hic studiosus lector multa, quæ hactenus a nullo tradita sunt, uel hac ratione descripta, quæ enumerare nimis molestum esset: si quid tamen periti homines inscriptum in his libris inuenerint, a quo ipse offendantur, illud sciant me esse hominem idest peccatis obnoxium ut si quid, quo delectentur, & ex quo utilitatem capiant Deo, a quo uno omnis bona proficiscuntur, acceptum referant. Valete lectores candidi.

†††

IN IOANNIS PAVLI GALLVCII Theatrum mundi,& temporis.

XENOPHONTIS BINDASSII DECASTICON.

CAesaris,& quotquot viguere Theatra per orbem
Carminibus vatum concelebrata diu,
Iam cedant victa; huic palmam vni sponte relinquant;
Hoc sibi præferri iam neque tristè ferant.
Diruta cum pictis,uiuoq; e monte recisis
Heroum, atque Deum sunt ea imaginibus.
Hoc erit æternum, & signis, formisq; refertum
Cum cœlis terras, sidera, & æquora habet.
Illa affixa solo vni Vrbi fas cernere tantum.
Omnibus hoc prodit conspicuum populis.

Eiusdem Disticon.

Astrorum formas, motus, & tempora mundi.
Sectator Solis, Gallus aperta facit.

DE THEATRO MVNDI ET TEMPORIS ad Ioannem Paulum Gallucium auctorem.

GASPARIS FARINATI SEMINARII PATRIARCHALIS Venetiarum alumni Carmen.

TEmpora describis, rerumq; elementa, vicesq;
Astrorum, & supero quicquid ab orbe micat;
Ex quo te ethereum, cœliq; potentis alumnum
Arguis, & superis conditione parem:
Cui queat haud priscę metuens incendia flammę
Aureus igniferos credere Phebus equos,
Et Phaetonteos, Vulcania munera, currus;
AEtheris arcanum tam bene pandis iter
Interea; si mens vatum pręsaga futuri est,
Vatibus, & si quid verus Apollo canit;
Semper inextinctus medio applaudere theatro,
Et tua perpetuum fama loquetur opus.
Quin etiam dum tempus erit, dum machina mundi;
Perstabit facti gratia tanta tui.

TABVLA EORVM, QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

A

B

C

D

Loca

M

N

O

P

Pla-

T

Tabula

V

Z

FINIS.

THEATRI MVNDI, ET TEMPORIS

Liber Primus.

IOANNE PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE.

LIBRI SVMMA.

Mundus definitur, & eius quatuor causæ efficiens, materialis formalis, & finalis traditur. Decem sphæræ circulis explicantur: mundus in vndecim orbes, & quatuor elementa distribuitur, & hæ partes singulę mensurantur, & describuntur. summa theoricæ planetarum traditur: Solis, & Lunæ eclipsis demonstratur, Terra intrinsicus diuiditur, & inferorum loca: describũtur etiam extrinsicus & maria, & terræ, ostenduntur vnà cum ratione metiendi illarum distantias. Paralleli, & climata traduntur: Dierum, & noctium vbique locorum diuersitates ostenduntur. causæ fluxus, & refluxus maris, & quibus temporibus fiat explicantur, pixisque nauticus describitur.

DE LIBRI MATERIA, ET MVNDI diffinitione. Cap. I.

MVNDVM esse librum Dei digito scriptum, vt hominibus suam sapientiam, bonitatem, & omnipotentiam aperiret non solum christiani Astrologi verum etiam Theologi fatentur, ac prædicant: pauci tamen reperiuntur, qui hunc librum legere, & paucissimi, qui etiamsi legant, sententiam verbis subiectã intelligant. Nihil.n. difficilius est, ꝙ vt Deus infinitus, sic quæ ab ipso Deo proficiscuntur infinita sunt, & ea humanus intellectus, penitus capere minime potest. quæ tamen ad hominũ vitã reseruntur,

ut ipse finita est in terris sic ea finita sint necesse est. tã multa tamẽ sunt, ut pene innumerabilia videantur, vt sunt plantæ, animalia, stellæ, & cetera huiusmodi a Deo ad hominum victum, cultumque creata, neque id solum, verum etiam horum omnium, & singulorum uires. Quod cum Aristoteles certò sciret, dixit maiorem partem eorum, quæ scimus esse minorem eorum, quæ nescimus: minime igitur mirũ est si paucissimi hunc librum legunt, & pauciores, qui quæ ipsi legunt, intelligunt. Huic ego morbo cum mederi pro virili velim modum legendi hunc librum, & litterarum affectiones ex optimorũ auctorũ sententia, tradere decreui, Deiprius auxilio inuocato, qui solus stellarum numerum, & suum opus tenet. Modum verò intelligendi in aliud tempus differo, quòd lectio ordine præcedit. Hunc autem librum, quem legendũ hic propono priùs definiendum existimo, vt intelligatur quid sit illud, de quo disputetur, sed priùs quid ipsum nomen sibi velit inuestigandum est. Mundus igitur ornamentum interpretatur, ex quo mundus muliebris dicitur id omne, quo mulieres se exornant. Mundo autem quid ornatius? Propter eandem causam & Græci κόσμον dixerunt. sic verò eum definiuit D. Dionisius Carthusiensis in secundum sententiarum, ut dicat esse quasi scriptum verbum, quo Deus loquitur semetipsum, non tamen locutione perfecta, cũ infinitè deficiat a representatione plenaria omnipotentiæ, sapientiæ, & gloriæ suæ, sed prout capere potuit. Hic quoque alio modo eũ definit, cũ dicat: Est quoque vniuersum hoc quasi scriptura, & liber coram positus, in quo rationalis creatura addiscat, ac videat sui magnificentiam, & eminentiam creatoris. Quod & Apostolus ad Romanos scribens sensisse videtur his verbis: Inuisibilia ipsius a creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Ex hac ergo mundi lectione tum illius omnipotentia, tum sapientia, qui potuit, & sciuit tanta, tãque multa creare, & bonitas, quòd ea nobis communicare voluit a viris prudentibus dignoscitur.

DE CAVSA EFFICIENTI, MATERIALI, FORMALI, & finali. Cap. II.

ETsi in definitione alicuius rei necesse sit, vt reperiantur ex quatuor causis saltem duæ, materialis, & formalis, quod ex genere & differentia constet: tamen cum superiores sint potius desciptiones, quã definitiones, volui harum quatuor causarũ aliquam expositionem addere: quo res illustrior fiat, & descriptiones aperiantur, & ne nimis longam de hac re sumamus orationem, relicta Aristotelis

telis opinione, qui mundum fuisse ab æterno existimauit, & Platonis, qui eum ex hyle.i.materia Deum fecisse, & tandem cæterorum, qui in harum rerũ ignoratione versati sunt, nobis dicendum est cum Moyse: In principio creauit Deus cœlum, & terram, quod est ex nihilo fecit: quod & Dauid significauit cum dixit: Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Quod non naturali ratione, sed fidei lumine cognoscitur. Materialis verò causa biffariam intelligitur, vel antequam crearetur, vel vbi creatus fuit, ex nihilo factum esse diximus, ex nulla igitur materia: vbi verò creatus fuit ex duplici materia cõstat ex cœlesti, & elementari. cœlestis immutabilis, & incorruptibilis est, vt philosophi volunt, sed vt nonnulli theologi non prorsus immutabilis est, sed mutationi fortiùs resistit, quã quæ ex quatuor elementis constant, licet diuino iussu futurum sit, vt nouissimo die immutetur, quæ & circulari motu mouetur, vt omnibus patet: elementaris verò perpetuis permutationibus obnoxia est, & in quatuor diuiditur partes, in ignem, aerem, aquam, & terram. terra mediũ mũdi locum sortita est, circa terram naturalis aquæ locus est, licèt diuino mandato (non vt alij somniant, vi stellarũ, quæ in boreali parte sunt) multæ terræ partes detectæ sunt. Sic.n.dixit Deus: congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & appareat arrida, Et Dauid. Qui firmauit terram super aquas. aer verò tum terram, tum aquam complectitur, & hunc ignis continet, & circundat. quorum omnium qualitates suo loco expofituri sumus. cetera verò omnia, quæ in mundo sunt ex his quatuor cõstant, quæ diuersa sunt pro diuersa rõne, & mixtione eorũ, ex quibus cõstãt: finalis verò causa mundi est, vt homini seruiret: quod significauit Moyses cum dixerit, hominem sexto die fuisse factum, & septimo Deũ quieuisse: quod enim postremum in alicuius rei constitutione fit, id est cuius causa id omne factum est: nam quod postremum fit in domo est habitatio, vt habitaretur igitur domus ꝛdificata est, & quod postremum fit in naui est nauigatio ad id igitur nauis constructa fuit. Accedit Magistri sententiarum auctoritas, qui sic inquit. Sicut factus est homo propter Deum, idest vt ei seruiret, ita mundus factus est propter hominem. s. vt ei seruiret. Vide igitur homo quanti sis, cum non stellæ solum propter te creatæ sint, quarum magnitudo vix credi potest, cum illarum quælibet multis partibus terrarum orbem superet, sed Luna, Sol, & cetera omnia, quæ in mundo sunt tibi seruiant, & ante primi patris peccatum tibi obedirent. reliquum est, vt de mundi forma tractemus, quam existimo ipsam globositatem, vel sphæricitatem (vt ita dicam) esse: inde.n.fit, vt facilè moueatur, a quo motu singula tum elementa ex aliquã parte, tum mixta quotidie generentur in elementari regione, ac corrũpentur, ad quod maxime

natura intendebat. ſed cum nonnulli dubitent num mundus globoſus ſit illud præterea animaduertant, q̃ hæc figura eſt omnium perfectiſſima cum nulla compagine indigeat,& eſt omniũ figurarum capaciſſima, & cũ mundus complexurus eſſet oĩa huiuſmodi figura eũ maxime decebat.cũq; mundi partes perfectiſſimæ ut Sol, Luna, Stellæ hac figura ſint, conijcere poſſumus, & mundum vniuerſum huiuſmodi eſſe: ad hæc & ipſi minoris mũdi caput; quod hominis quodãmodo domicilium eſt, vt vult Plato, cũ cetera membra ſint tamq; vehiculum capitis ne lædatur, dum progreſſionis motu mouetur,globoſum eſt.Quare de mundi ſphæricitate,quam eius formam diximus nobis minime verendum eſt.

DE CIRCVLIS, QVI ÌN MVNDO, ET MVNDI ſphæra deſcribuntur ab Aſtrologis. Cap. III.

CVM mundus non ſolum ſit globoſus, ſed circulari motu moueatur,vt intuentibus apparet,& multis argumentis ab Aſtrologis probatur; neceſſe eſt,vt hic motus ſuper duo puncta immobilia fiat. Hæc aũt puncta mundi poli dicũtur,& vertices: Quam vero lineam conſiderant Aſtrologi in mundi medio tranſeũtem p̃ mundi centrum,& p̃tingentẽ ad vtrumq; polum,cuius lineæ ipſi poli ſint eſtremæ partes, eam axem appellãt.Mundus aũt dũ ſuo circulari motu verſatur decẽ deſcribit lineas, vel eas deſcribere imaginati ſunt, quibus lineis obſeruant omnes mundi motus, & illius deſcribunt partes oẽs.Has verò lineas,vel harũ ſimilitudines ſi transferas vel in lignum,vel in æs,vel in aliud id genus conficies ſphærã, quã materialẽ dicunt.Hæ lineæ vel circuli decẽ ſunt, & eos in duas diſtribuũtur partes,in maiores, & in minores,maiores dicunt,qui totã mundi ſphærã in duas æquas partes diuidunt: minores,q̃ contra in duas inæquales partes ſecant. Ex maioribus aũt primus eſt ille, qui a ſole deſcribitur,cũ dies nocti æqualis eſt, & ob id æquinotialis circulus dicitur.Hoc aũt bis in anno cõtingit 21.Martij,& 23.Septẽbris diebus quis aũt ſit hic circulus in ſphæra in ſequenti figura facile patet.De vſu aũ huius circuli,& varijs eius nominibus noſtrũ cõſiliũ nõ eſt hic agere, ſi q̃s aũt id ſcire cupit, legat doctiſſimorum virorum ſphæras, quæ hac noſtra tempeſtate doctiſſimè conſcriptæ leguntur, quod & de alijs circulis dictũ ſit,quã prouinciã & nos fortaſſe Deo auxiliãte aggrediemur, ſecundus circulus eſt zodiacus, qui deſcribitur motu eiuſdẽ ſolis annuo, & proprio,vt ſuperior deſcribitur motu diurno,& violento.Duplex n.eſt ſolis motus,& ceteroũ planetarũ proprius & violentus,hic fit motu cœli extimi, cũ decẽ ſint, vt in ſecundæ figuræ expoſitione videbimus,qd̃ dũ ſuper mũdi polis mouetur ſecũ trahit oĩa, quę ab illo cõtinẽtur, & 24. horarũ ſpacio redijt

ad

ad locum vnde digressus est. Et hic motus fit a sole cõtraria rõne: nã ille fit ab oriente in occidentem, & hic ab occidente in oriẽtẽ, & super polis, q̃a mũdi polis g. 23. m. 28. distat his tpibus. gradus aũt est ex oĩum circulorũ, qui in sphæra describuntur partibus 360. vna, & minutus, est sexagesima pars gra. minut⁹ ẽt in 60. 2ª. & 2ª. ĩ 60. 3ª. & sic deinceps cetera diuidũtur, inde fit, vt hic circulus, si cũ æquinoctiali cõparetur, sit obliqu⁹. Diuidit. n. æquinoctialẽ /n duas æquales partes, & in duobus pũctis, qui æquinoctiorũ puncti sunt. altera vero pars versus illũ polũ, qui a nobis cõspicitur, & arcticus dicitur declinat tantũ, quantũ zodiaci polus a mundi polo declinare diximus. reliqua vero pars versus alterũ polũ, qui antarcticus dicitur eodẽ modo declinat. Hẽt præterea hic circulus latitudinẽ, cũ reliqui oẽs nullã habeãt, q̃ sub hoc circũeant planetæ oẽs, qui modo huc, modo illuc sub illo feruntur, vt postea dicemus. huius aũt latitudo est 12. G. vel 16. vt alij volunt. Diuiditur præterea secundũ latitudinem in duas æquas partes & linea, quę illum diuidit eclypticã dicunt ꝑ eã causam, quã postea dicemus: pars verò, quæ ad polum arcticum uergit septemtrionalis dicitur, vel borealis, & ita planeta sub ea versans parte septentrionalis vocatur, vt meridionalis dicitur, dum in altera versatur parte, quæ ad antarcticũ vergit. Sol vero semper sub ecliptica permeat: Diuiditur ẽt secundũ longitudinem in duodecim æquales partes, quæ signa dicuntur, quorum initiũ est in illa parte cœli, vbi reperitur sol, cum vernum æquinoctium fit, quo loco diximus zodiacum diuidere æquinoctialem circulum. & prima pars aries dicitur: 2. Taurus, 3. Gemini, 4. Cãcer, 5. Leo, 6. Scorpio, & hæc sex signa septentrionalia, vel borealia dicuntur. 7. dicitur Libra, & huius initiũ est in illa zodiaci parte vbi sol reperitur, cum æquinoctium autumnale fit: 8. Scorpio, 9. Sagittarius, 10. Capricornus: 11. Aquarius: 12. Pisces. & hæc sex signa quod declinant versus Austrum australia, vel meridionalia dicuntur. Hæc aũt certis scribuntur caracteribus breuitatis causa, quòd sæpius ea scribere cõtingat & sũt hi, ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓. quodlibet aũt horũ signorũ in 30. Gradus distribuitur: ceteras hui⁹ circuli, & horum signorum affectiones suis locis explicabimus. Post hos circulos duo alij sequũtur explicãdi, q̃ coluri dicũtur, q̃ inuicẽ in mũdi polis secãtur ad angulos rectos sphærales ita, ut alter secet æquinoctialẽ circulũ, & lineã eclipticã, vbi diximus reperiri solẽ, cũ dies noctibus æquales fiũt, qđ vt supra dictũ est, accidit die 21. Martij, & 23. Septẽbris ꝑ hãc cãm hic colurus æquinoctiorũ dicitur: Alter vero trãsit ꝑ eã eclipticę ꝑtẽ, & æquinoctialis, q̃ inter pũcta, q̃ diximus æquinoctialia, media est, ex quo fit, vt zodiacũ hi duo circuli ĩ quatuor ęquas ꝑtes diuidãt, & vnà æquinoctialẽ circulũ, illa verò pũcta lineæ eclipticæ, q̃ ab hoc 2. coluro tãgũtur solistitia dñr, q̃ dũ sol sub

illis

illis est, fit solistium, idest sol suo proprio motu stare videtur. quod accidit tum anni breuissimo, tum longissimo die, propter hanc causam hic solistiorum colurus dicitur. Dum autem tota mundialis machina motu diurno euoluitur ab oriente in occidentem quatuor minores circuli describuntur, duo a zodiaci polis, & duo ab illis duobus punctis, vbi colurus solistitiorum diuidit lineam eclipticam, illi duo polares circuli communi nomine dicuntur, & hi tropici vocitantur. qui ex polaribus circulis est apud polum arcticum peculiari nomine arcticus circulus, & qui ad alterum polum accedit antarticus dicitur, vt tropicus, qui describitur a sole dum nobis longiorem diem efficit, quod tum sol primum cancri minutum ingreditur, tropicus cancri dicitur, vt alter capricorni vocatur, quòd tunc primum capricorni minutum ingreditur, & breuiorem diem efficit. Iam octo declarauimus circulos, qui non in cœlis solum, sed etiam in terrarum orbe considerantur, vt in chartis geographicis videre licet, & nos in sequentibus expofituri sumus.

TYPVS OCTO CIRCVLORVM SPHAERAE.



Benedicta omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in secula.

DE HORIZONTE, ET MERIDIANO Cap. IIII.

RELIQVI nobis ſunt duo circuli maiores, qui nobis innumerabiles circulos in vniuerſo mundo conſideratos ante oculos ponunt, tot enim ſunt, quot & homines ſunt, imo quot terræ, & aquæ particulæ ſunt. Hi meridionalis, & Horizon dicũtur, qui vt intelligantur: ſciendum eſt, quòd in cœlo quidam pũctus conſideratur, qui noſtrorum capitum zenith nuncupatur, quod ſi a centro terræ ducatur linea, quæ tranſeat per alicuius capitis verticẽ, & vſque ad vltimum cœlum pertingat, huius lineæ extrema pars illius capitis zenith dicitur: omnia igitur capita, omnes ciuitates, omnia vel minimà loca ſuum zenith habent. ſi linea in omnibus ſuis partibus æquè diſtans ab hoc puncto deſcribetur circa mundum, quæ in duas æquales partes mundi ſphæram diuidat, hęc Horizon dicitur, quod diuidat, ac definiat illam cœli partem, quæ videri poteſt ab eo, cuius ille zenith erit, a quo æquè diſtat hæc linea, quam horizontem diximus: ſin aliam lineam duxerimus per mundi polos, & per punctum zenith illa meridionalis linea dicitur, quòd cum ſol ad eam partem huius lineæ peruenit, quæ deſcripta eſt in ea cœli parte, quæ videtur ab eo, cuius eſt zenith, fit ei meridies, cum verò in oppoſita eſt, fit eidem media nox. Ex quo facile apparet, tot eſſe meridionales lineæ, quot, & horizontales, & quot zenith: hæc enim tria inuicem mutuam rationem habent. Hæc cernas licet in ſequenti figura: quæ tamen perfectè ſi ſcire vis, ea legas apud eos, qui hæc ex profeſſo pertractant. Hic enim tantumodo harum rerum hiſtoriam habes, imo quandam pincturam, in qua quæ hic ſcribuntur facilè cernis.

HORI-

HORIZONTIS, ET MERIDIANI TYPVS.



Lætentur cęli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius. Dauid.

DIVISIO SPHAERAE INTRINSICVS, IN QVA DE cœlo empyreo,& reliquis cœlis plura dicuntur. Cap. IIII.

COgnita mundi sphæra quodammodo extrinsicus, nunc sequitur, ut intrinsicus illam uideamus,quod sequens figura nobis ostendit; licet non plenè cum nulla figura plana reperiri possit,quæ id ad unguem perficere ualeat. Fingatur mundus in duas in medio secari posse partes,ut pomum secatur,& hanc esse dimidiati mundi alteram partem, & id in ea parte ubi secatus est,intrinsicus scilicet quæ pars nobis duplicem materiam ante oculos ponit elementarem, atque cœlestem: elementaris uerò in quatuor partes distribuitur in terram,aquam,aerem,& ignem,de quibus,& in primo capite diximus: cœlestis uerò in undecim orbes diuiditur,qui ita distributi sunt, ut superius sibi subiectum contineat,& hoc alium,ut oui putamen continet albumen, & hoc uitellum,quod quidem in sequenti figura conspicitur. Partem igitur mundi elementarem Lunæ orbis continet,& hunc Mercurij orbis cõplectitur,tertius uero orbis,qui Veneris est, Mercurij orbem continet, & a solis cœlo continetur, ut hic a Martis orbe, ut Saturni orbis continet orbem Martis: octauus uero orbis,quod firmamentum dicitur,& omnes Stellas præter septem dictas in se habet fixas continet Saturni orbem, ut & hæc a nona sphæra cõtinetur,& nona a decima,& decima ab empyreo cœlo,qui beatorum sedes creditur. Hac diuisione cognita reliquum est, ut de singulis aliquid dicamus, ut res dilucidior fiat, & primum de cœlo empyreo nobis dicendum est. Quemadmodum igitur ex scientijs prima, & ultima solum auctoritatibus,& fide cognoscuntur,quę sunt Grammatica,& Theologia,sic primus,& ultimus huius mundi loci extremę scilicet partes,quę sunt cęlum empyreum,& infernus auctoritate,& fide intelligũtur; ceterę uerò mundi partes ratione, uel motu, & sensu percipiuntur. Quod igitur ad empyreum cœlum attinet, an sit,primum uidendum est, deinde quid sit, postea cuiusmodi sit,postremum cur conditum sit. Quæ quidem nullus philosophorum cognouit umquam. Strabus tamen, Beda, & Basilius hoc cœlum reperiri confirmant. Hæc sunt Strabi uerba super illud Gene. In principio creauit Deus cęlum,& terram,cœlum appellat non uisibile firmamentum sed empyreum. Dicitur autem hoc cœlum angelis repletum, non corporali repletione, nec sicut anima replet corpus, sed proportionata decoratione ad mansiones patriæ, quæ per sapientiam Dei in ipso creatę sunt ita, quòd nulla est uacua, sed angelo in beatitudine sibi proportionato inhabitata. Thomas quoque sic inquit de cœlo empyreo. Quidquid de cœlis cognoscimus, uisu, aut

motu

motu ſcimus, cœlum uerò empyreum nec uiſui, nec motui ſubiacet, ſed per auctoritatem eſt habitum. Hæc ſatis, quòd ſit. Hoc autem ita definit Damaſcenus, ut dicat, eſſe continentiam inuiſibilium, & uiſibilium creaturarum. Propter hanc cauſam uolunt Theologi, ut & Chriſtum ſecundum naturam humanam contineat, ſecundum quam Chriſtus in ipſo eſt diffinitiuè, ſeu circunſcriptiuè. cuiuſmodi autem ſit, & ad quid fuerit ab ipſo Deo creatum, docet Albertus his uerbis. Dicendum cum ſanctis, quibus de cœlo empyreo eſt credendũ, eo quòd ipſi Patrem cœleſtem præ ceteris cognouerunt: quòd cœlum empyreum eſt cœlum ſupremum, & uerum corpus, in quo angeli ſunt, & animę beatę ſunt, non circunſcriptiuè, ſed diffinitiuè, de quo cœlo ait ſaluator. Vidi Satanã ſicut fulgur de cœlo cadentem. Quòd uocatur empyreum, ideſt igneum non a calore, ſed claritatis ſplendore: quod factum mox ſanctis Angelis eſt repletum. Diuus quoque Thomas inquit eſſe hoc diuinum cœlum ad electorum gloriam ordinatum. Quod & Baſilius in ſecundo Exameron his uerbis confirmat: ſicut damnati in tenebras ultimas abiguntur, ſic remunerandi pro dignis operibus reſtaurantur in ea, quę extra mundum eſt, luce, & quietis domicilium ſortientur. Hęc de cœlo empyreo. Decima ſphęra ſub empyreo cęlo collocata eſt, & uelociſſimo motu, & conuerſione ab Oriente in Occidentem mouetur, ac circumuoluitur, cũ unico die uoluatur, & ſecum ceteros oẽs cęlos ſibi ſubiectos trahat, & nulla ſtella in eo reperitur. Quod autẽ hoc cęlum ſit, ratione cognoſcitur, cũ ſub ſenſum minime cadat: hoc modo probatur; Octauã ſphęrã, quę firmamentum dicitur tres motus habere conſpicitur; primum ab Oriente in Occidentem, ſecundum ab occidente in orientẽ, tertium polos uerſus, ut modo ad arcticum, modo ad antarticũ moueatur, & cũ unum cęlum unũ motũ tantum habeat, non plures per ſe illud ſequitur, ut alios duos ex accidenti habeat, ideſt ex alijs cęlis ſupra ſe poſitis, ob id recentiores Aſtronomi decimã, & nonã ſphęrã poſuerũt, & decimã primũmobile dixerũt, cũ antiqui nonã id eſſe exiſtimaſſent, ut tũ apud ceteros multos, tũ apud Ciceronẽ in libro de Scipionis ſomnio pſpicitur. Qua uero uimo ueatur nobis dicendũ eſt, cũ Theologis angelorum miniſterio oẽs moueri, ſed uno cęlo unico angelo, ex quo quanta ſit angeli uirtus, quę tantum cęlũ mouere poteſt, cuius magnitudo tanta eſt, ut uix humanus intellect° illam capere poſſit, conijcere licet, ſi omnes homines, qui fuerunt, & futuri ſunt, nunc q; in terris uiuunt, unà cum omnibus animalibus, in eo conſpirarent, ut uellent terram loco mouere, id quidem minimè facere poſſent. at unicum angelum decimam ſphęram mouere, quę multis millium millibus partium terram ſuperat, tam magnum eſt, ut pene homi-

num captum superet. hoc si angelus, quid multi angeli; quid multa millia angelorum, qui in cœlis sunt? quid ipse Deus qui hæc omnia creauit. At hæc pertinent ad tractatum de intelligendo hoc libro, & his litteris; hic autem modum legendi tantumodo tradimus, at hæc hominum animos ad huiusmodi inuestiganda excitent.

Nona sphæra sub decima collocata est, & nulla stella est ornata, & duplici motu mouetur: motu scilicet primi mobilis ab oriente in occidentē 24.horarum spacio, & suo proprio motu, qui contra motum primi mobilis est ab occidente.s.in orientem ferè gradum vnum centum annorum spacio, tanta est, huius cœli vis, vt hoc eodem motu, quemadmodum & decima suo omnes inferiores cœlos afficiat, atque secum trahat.

Octaua sphæra sub noua sita est, & non solum motu decimæ, & nonæ sphæræ mouetur, sed suum proprium motum habet, qui trepidationis dicitur, quem motum, si dixero, nondum satis intellectum esse, profecto non mentiar, quam veritatem aliàs fortasse apertissimis rationibus ostendemus. Nunc satis fit hanc rem ex aliorum opinionibus declarare, quæ res, vt apertiùs intelligatur: illud primum sciendum est, quod circuli primi octo, quos in cap.3.declarauimus non solū in decimo considerantur orbe in ijsdem locis perpetuo hærentes, sed in nono ita, vt per motum noni orbis, quæ puncta diximus æquinoctialia, & solistitialia versus orientem, quibuslibet centum annis accedant, & ab ijs, quæ in decima sunt sphæra recedant, vel præcedāt, ex quò illud spacium, quod interest inter illud æquinoctium, vel æquinoctialem punctum, & hunc, qui est idem cum octaua sphæra, cum illam secum trahat, vt dictum est æquinoctiorum præcessio ab astronomis nuncupatur. In octaua uerò sphæra non solum hi circuli hanc sortiti sunt mutationem, sed aliam quoque, quæ minus apparet, cum sit 1400.annorum 21.minutorum a boreali parte in meridiem. Ptolæmei.n.tempore, qui post Christum natum fuit annos 140.maxima solis declinatio fuit grad.23.min.51.nostris vero temporibus, vt vult Copernicus, & alij, est gra 23.28.quam varietatē trepidationis motu contingere dicunt, vt tropici indies ad æquinoctiale prioprius accedant: volunt tamen breui futurum esse, vt iam recedere incipiant. Hæc satis de motu, cum omnes stellæ ꝑter septē planetas in hoc cælo sitę sint, opus est, vt eas aliqua ratione hic enumeremus, aliqua ratione inquam, nullus enim præter illum, qui eas creauit enumerare potest, quæ solum visui magis apparet, ausi quidem sunt homines enumerare, quæ 1022.sunt, neque omnes eiusdem magnitudinis, neque naturæ sunt. nam aliæ aliis maiores videntur, & oculis hominum apparent, aliæ minores & aliæ alium planetam, & aliæ alios colores referunt, & ob id illorum vi

res

res sortitæ existimantur. Sex enim referunt magnitudinis differentias, vt maiores primæ magnitudinis dicantur, quæ 15.sunt, secundæ 45.quæ minores sunt, primis adhuc minores,& tertiæ magnitudis sunt 208.quartæ vero 474.quintæ 217.sextæ 49. nebulose 5.obscuræ 9.quæ omnes collectæ numerum 1022. conficiunt. Vt autem de his astronomi verba facere possent.necesse fuit,illis nomina imponere quibus aliæ ab aliis segregarentur, & in illorum tractatione minime confunderentur.primum igitur vti superius diximus zodiacum in duodecim partes diuiserunt, & suis nominibus imposuerunt, & quælibet pars cum plures stellas contineat, ita descripserunt illas figuras,quorum nomina illis imposuerunt, vt alia stella in capite, alia in pedibus, alia in aliis partibus esset, & hac ratione facile omnes stellas nominabant.vt exempli gratia primum zodiaci signũ est Aries,quod signum tredecim stellas continet, ex quibus sex sunt satis conspicuæ magnitudinis, duæ quarum magnitudinis tertiæ sunt in anteriori cornu,tres vero sunt in cauda magnitudinis quartæ; alia est in dextero pede magnitudinis quoque quartæ, vt facile hac ratione possint de omnibus stellis Astronomi verba facere,de omnibus inquam,quæ hominibus notæ sunt. Hæc autem signa, vel cælestes imagines 48.fiunt in zodiaco 12.vt dictum est in parte boreali 21.in meridionali vero sunt 15. quæ oẽs collectæ efficiunt summam 48.q̃ fusius in quinto libro tractãtur.

Saturnus,vel saturni orbis sub octauam sphæram suum locum sortitus est,in quo vnica stella inest,quæ Saturnia dicitur. Hic autem orbis,non solum decimæ,nonæ,& octauę motus habet, sed quartum habet propriũ ab occidente in orientem, quod annis fere triginta totum zodiacum permeat, diximus fere,quòd in hoc tractatu minutias nõ persequimur,quas sequi debent,qui tabulas horum motuum & ephemerides persequũtur. Iouis orbis sub Saturno est annis 12.perficit suum cursũ sub zodiaco motu proprio orientem versus, & præterea mouetur iisdem motibus, quibus & Saturnus præter motum proprium.

Martis orbis sub Iouis orbe collocatus est,& mouetur,vt orbis Saturni tribus superiorum motibus & proprio, qui est ab occidente in orientem fere duobus annis,& vnicam stellam,quæ Martis dicitur,habet.

Sol sub Marte est, qui ijsdem tribus motibus mouetur, quibus & superiores planetæ, & proprio, qui est ab occidente in orientem spacio dierũ 365.& fere quarta vnius diei parte.a cuius motu sub zodiaco annus communiter ab omnibus dictus appellatus est, quod Sol quasi annulum cõficere videatur.eodem tempore & Venus, quæ sub sole collocata est, & Mercurius sub Venere situs mouetur pariter cum sole sub zodiaco.

Luna vero lunari mense,qui dierum 27.Ho.8.min.43.est:illud iter per

ficit

ficit,quod in anno Sol facit: ſub Luna adeſſe ignis elemẽtũ a Philoſophis rõnibus probatur,ſub igne Aerẽ adeſſe ſcimus oẽs, & ſub aere terram, & aquam unicũ orbẽ cõficientẽ oẽs uidemus.Quã multa auium genera pro hoĩm genere in aere degant quis non uidet? quot piſciũ genera in aquis? quot in terris animalium genera, quot herbarum,quot fructicum? quot arborum,quot lapidũ,quot metallorũ,quot terrarũ,& aquarũ medicinaliũ:iã uides homo quanti ſis apud Deum,qui hæc oĩa tibi condiderit? Tu tamẽ(ut inquit cicero)ſic te abijcies,atq; proſternes, ut nihil inter te, & belluam intereſſe putes?Iã de cęlo empyreo in terrã deuenimus,de terra iterũ in cœlũ aſcendamus,ut alia rõne hunc mũdi librũ legamus, & illud doctrina diſcamus iter,quod re ipſa nobis pagendũ eſt: primũ.n.de sũmi patris ſinu in hanc carnẽ deſcendimus, deinde Chriſti redẽptoris gratia, & noſtris bonis operibus illuc nobis aſcendendum eſt, ubi diximus beatos sẽpiterno æuo frui. Vt aũt illuc aſcendamus, nobis opus eſt illas ſcalas habere,quas uidit Iacob,per quã deſcendebant,& aſcendebãt angeli Dei,q̃ nihil aliud ſunt, quam Dei uirtus, per quam ſpiritus ſpe beati, ut de cœlo deſcenderunt,ita ẽt dũ in terris uerſantur per contemplationem ad cœlum aſcendunt. iam igitur diuino auxilio prouinciã aggrediamur, & primũ terræ magnitudinẽ inueſtigamus,atq; naturã,ut inde ad altiora contẽplanda, per quandã collationem ad terram faciliùs aſcendamus.

Terra igitur eſt omnium elementorum grauiſſima, ob id ſuo pondere librata medium mundi locum hoc eſt, infimum, & ab empyreo cœlo maximè remotum,ſortita eſt:quippe quæ,ut loco,ſic etiã natura maximè diſtat.omniũ.n.rerum uiliſſima,& abiectiſſima eſt,ob id denſiſſima, & minime pellucida eſt,ut cæterę ſunt mundi partes, & ob id natura immobilis, ut inquit propheta,fundaſti terrã ſuper ſtabilitatẽ ſuã,nõ inclinabitur in ſeculum ſeculi.Pſal.103. licet ex accidẽti moueatur,cũ ſurſum fertur non tamen tota,uel etiã natura ſecundũ partes cũ aliquo accidenti extra ſuũ locũ eſt,& ad ſuũ locum tendit, illius natura frigida, & ſicca eſſe dicitur. Magnitudo eius iuxta diuerſorum auctorũ ſententiã diuerſa eſt,licet mea quidẽ ſentẽtia omnes idem iudicent:non.n.omnes eadẽ mẽſura utuntur, ob id inter ſe auctores diſentire uidẽtur,cõmunioręẽ nos opinionẽ ſecuti, quæ uerior uideri debet,dicimus terrã,ut cęlũ in 360.gradus diſtribui, & quemlibet gradum milliaria italica 62. ½ continere, quæ ſi ducantur in 360. partes conficiunt milliaria 22500. tot igitur millibus paſſum terra in circuitu eſt. Quo uero modo id certo ſciri poſſit, ſi ſtudioſus lector uiderit,quid doctiſſimi uiri in ſuis ſphæris dicant nihil erit amplius, quod ad hanc ueritatem intelligendam, deſideret. Hinc etiam colligitur, quanta ſit eius ſemidiameter, quot ſcilicet milliia paſſum inter

ſint

MVNDI INTRINSICVS DIVISI FIGVRA.

Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

sint inter hunc locum, quem homines pedibus terunt, & illam partē, quæ in medio ipsius globi terræ, & aquæ est. docent.n. mathematici, quòd per ipheria circuli, ita se habet ad suam diametrum, vt 22 ad 7. inde igitur sequitur, vt eius semidiameter sit milliariorum 7160. $\frac{15}{22}$. Naturam terræ, & aquæ, & terræ quantitatem habemus cum vnà mensurentur. Aquæ verò qualitatem sensus ipse diiudicāt, & cognoscit, esse frigidā, & humidā, & si cum terra comparetur, nescio quid in se diuinitatis habere conspicitur, quod pellucida sit, & quàm terra sit leuior, & lunæ, & solis motibus afficiatur, vt suo loco expositurí sumus: iam igitur ab imperfectionibus descedamus, & cum perfectissima versus dirigamus iter nostrum, quantam perfectionem in primo nostræ ascensionis gradu reperiamus animaduertendum est. Quid autem de aquæ quantitate dicam? maiorne aqua an terra est? diu latuit hæc veritas, quod ad tam multa loca non nauigabatur, vt nunc sed nostra tempestate facile apparet, vel cæcis ipsis, maiorem esse terræ, quàm aquę quantitatem, quod Alexander Picolominæus apertissimis rationibus demonstrat. illū tractatum igitur lector legat, si huius rei plenam notitiā desiderat: ab aqua ad aerem progrediendū nobis est.

Aer calidus, & humidus existimatur, licet secundum partes possit esse & frigidus, & siccus, & calidissimus, & humidissimus, vt vel omnibus patet. Huiusmodi n natura est, vt facile non solum a cœlorum motibus, & lumine, & influentiis afficietur, sed a terra, ab aqua, & ab igne ꝑmutetur, quod licet id sit cum omnibus elementis commune, magis tamen apparet in aqua, & aere cum mutuò inter se permutentur apertissimè. Aeris regio, vt plurimum in tres diuiditur partes. prima est terrę propinquior, tertia elemento ignis contigua. secunda est inter has media. prima, & tertia calidę diuersis rationibus sunt. prima radiorum solis prǫsertim lunę, & reliquorum planetarum reflexione, tertia, quòd ignis elemento contigua est, ex quo fit, vt (ęstate prǫsertim) pene quidquid in aere frigidi sit in mediā regionē se recipiat, quod grando, quæ ibi congelascit, nobis argumēto est. vt de grandine, imbre, ventis, rore, fulmine, tonitru, & ceteris huiusmodi, quę in aere fiunt, & ad aliud tractatum spectant. Aer prǫterea si ratione suæ raritatis cum aquis conferatur, eò est illa rarior. quò terra est aqua rarior, & pellucidior, vt quò magis a terra discedamus longiùs, eò ad spiritaliora, & perfectiora proficiscamur. De quantitate nihil certi habemus, licet multi multa dicant, quòd de hoc interuallo, quod inter terram, & ignis regionem reperitur dicamus, illud nobis satis sit, quòd terram, & aquam suis brachiis cōplectitur: sed iam ad altiora tendamus.

Ignis elementum aerē complectitur, qui sine controuersia calidus, & siccus est, in quo, licet Salamandram viuere dicant nonnulli, peritiores tamen

men uiri minime fieri posse multis rationibus contendunt. Huius raritas ita se habet ad aeris raritatem, vt hęc ad aquæ raritatem, vt pene spiritus subtilissimus sit, & ita cum sub hominis sensum non cadat, dum in sua regione est, nisi hunc materialem (vt dicunt) haberemus, a cuius natura, ad illius naturam argumentamur, minime fieri posset, vt illius raritatem, & illius efficientiam cognosceremus: longe tamen huius nostri impuri ignis naturam superat, & illius etiam, qui fulminibus ad nos defertur, quod hi tum terra, tum aere permixti sint. De illius quantitate facilè cognoscitur, quod super ignem adest Luna, ad quã nostrorũ oculorum radij pertingunt, & quidquid oculis cernitur, id facilè a pertis mensuratur. Semidimetiens igitur concauæ superficiei lunæ continet semidimetiẽtes terræ, & aquæ 33.$\frac{3}{10}$. quę milliaria Italica sũt, 119198.$\frac{23}{19}$ ex quo fit, vt inter terræ superficiem, & concauum lunæ intersint milliaria 115719. quod spacium continet aerem, & ignis elementum. Videas igitur Christiane lector, quòd quò magis ab hac nostra terrena habitatione discedimus, eò in rariora tendimus, & ampliora, & maiorẽ vim habentia, Hic est terminus huius nostræ elementaris regionis, quæ perpetuis permutationibus subiacet.

At vnde sumemus alas, quibus ad cœlos euolemus, qui, vt ex motu coniicere licet, alterius naturæ sunt. elementa.n.recto mouentur motu vel scilicet ad centrum, vel a centro, vt ignis & aer a centro, terra, & aqua ad centrum, naturaliter mouentur, licet vi rapiantur, & circa centrum vt in mari facilè cernitur, & suo loco dicturi sumus: at cœlum perpetuò circa centrum mouetur, circulari scilicet motu, ex quo dixerunt philosophi quinta natura constare, idest alia materia a terra, aqua, aere, & igni diuersa. quæ cuiusmodi sit penitus ignoratur. Philosophi.n nulli alterationi celos obnoxios esse contendunt: Astrologi vero primos quatuor qualitates tribuunt, cum dicant Solem, & Martem calidum, & siccum, Saturnum frigidum & siccum, & de ceteris eodem modo, a quo non videntur alieni Theologi, cum dicant nonnulli cœlos posse qualitatibus affici, sed valẽtius resistere, quàm vel quatuor elementa, vel quæ ex elementis constant. cum igitur per diuersam materiam iter habituri simus, diuersa quoque ratione mihi vtendum est. nam cum per aquam nobis eundum est nauibus vtimur cum per terram, vel equis, vel carris, vel pedibus, per aerem alis vtendum est, quod tñ hominibus non datur. cum per cœlos oculis tantũmodo (quod sciã) nobis vtendũ sit, & vsi sunt, qui illorum nobis cognitionem tradiderunt. Oculi.n. in homine cum ab anima discedis sunt partes omnium diuinissimæ, & quæ in nobis illa diuinissima, & splendidissima corpora cęlestia referunt. cum

tam cito nostrorum oculorum radij ad cęlos pertingant, ut solis radij ad nostros oculos perueniunt. Oculos igitur diuino auxilio tributos nobis esse ad hanc ueritatem cognoscendam duces fatendum, & iam illi nos ad lunam perducant. Oculi igitur nobis ostendunt illud cœlum rarissimum esse, cum nobis impedimento nõ sit, quo minus nostrorum oculorum radij usque ad firmamenti stellas perueniant: ratio etiam nobis annuere uidetur, quòd ut aer est aqua rarior, & aqua terra sic lunæ cœlum eadem proportione sit igne rarius, & diuinius. Quantitatem uero illius dixerunt esse tantam, ut eius dimetiens contineat terræ dimetiens 64. minutijs neglectis, quæ distantia est milliariorũ 229687. Quid de lunæ corpore dicendum est? inquiunt partem esse quandam densiorem, quę solis radios suscipiens, ut speculum eos ad nos amittit, ut suo loco dicemus. Oculi præterea significarunt nobis, non quolibet die eundem cœli spacium lunam peragrari, neque lunaris corporis diametrum eandem semper apparere, sed modo maiorem, modo minorem. quod, & in ceteris planetis animaduerterunt. huius rei causam in sequenti capite exponemus. Quid autem ferunt periti de illius quantitate? Lunã minorem, quàm terra rõnibus probant cum a globo terręę, & aquæ 39. uicibus contineri contendant. ea tamen magnitudine, licet pedalis uidea tur est, ut nisi cum oculis rationem coniunxeris, minime fieri potest, ut quis eam suspicari possit, sed iam ad superiorem gradum, qui Mercurij est, ascendamus.

Mercurij cœlum puriorem adhuc esse, quàm lunæ cælum, ipsa ratio in promptu est, si quò magis aliquod corpus a terręę centro distat, eò rarius, & puriùs est, ut superiùs oculis patere diximus, hoc esse, & rarius, & purius, & maius etiam fatendum est, quòd continens contento maius esse ipsi oculi testes sunt, vt & in sequenti figura patebit. ipsam autem Mercurij stellam alteram ex Apollinis satellitibus minorem, quàm terram ferunt, cum a terra contineatur uicibus 21952. ex quo fit vt stellarũ minima sit: eius cęli tamen semidimetiens continet semidimetiens terręę 167. quod spacium est milliariorum 597784.

Veneris cœlũ continet Mercurij cœlũ, & sic se hẽt eius raritas, & natura ad Mercurij cœlum, vt Mercurij, ad Lunę cœlum, curius Stellę corpus dicunt contineri a terręę, & aquę globo 28. vicibus, & semidimetiẽs eius cęli continere semidimetiens terręę, 1120. quod spacium est milliariorum 4009090. quod interuallum a terra tantum est, vt vix cogitatione concipi possit, & nondum tamen medium peregimus iter vt iam facilè cernatur, quàm sint homines plerunq; dementes, qui terręę imperium affectant, cum tota terra, & aqua pene nihil sit, si cum Veneris orbe com

paretur.

paretur, quod non ignorauit ille Affricanus apud Ciceronem cum dixerit, pœnitet me nostri imperij, quo quasi illius punctum attigimus. Respice igitur cœlum homo, intuere, quantum in te situm est, & ad illud contende, si dominatus cupiditate laboras: at hęc extra rem, non inutilia tamen, imo ad bene, beatęq; viuendum, quo nihil expetibilius est, maximè conducunt.

Sol princeps, & moderator ceterorum luminum ferè mediam obtinet mundi regionem, & non aliter se habet in mundo, ac mens in anima, in illius conspectu nullum lumen apparet. & ceteris omnibus rebus suum lumen impertitur. Solis corpus omnibus Stellis est maius, & terrā superat 166. partibus, quod apertissimis rationibus intelligitur, illius orbis raritate, & puritate omnes inferiores facilè vincit, eius dimetiens cōtinet terrę, & aquę globi dimetiēs 1220. quę sunt milliaria 4367045. illius pulchritudo tanta est, vt dixerit Anaxagoras se ad id solum natum esse, vt Solem intueretur. tantam oportunitatem in terris habet, vt eo remoto omnis natura concidat necesse sit cum dixerit Aristoteles Sol & homo generat hominem. Hęc pauca inseruntur, vt homo ex his litteris habeat aliquam rationem, quę ad intelligentiam eum conuertere, si non peritus perducere possit, quòd id (vt sæpius diximus) ad alium tractatum spectat. Sole igitur dimisso ad Martem accedamus.

Mars suo orbe solis orbem complectitur, & terrę, & aquę globum continet semel cum $\frac{8}{9}$, & raritate sui orbis raritatem orbis solis ea proportione superat, qua omnis superior sibi inferiorem, & contiguum orbem superat, & eius semidimetiens superat semidimetiens terrę 8877. partibus, quod spacium est milliariorum 31772045.

Iupiter vero vincit raritate sui orbis suum inferiorem orbem, & continet globum terrę, & aquę nonagies, & quinquies, & eius orbis semidiametiens continet semidiametiens terrę, & aquę 14405. quę sunt milliaria 51563352. tantum igitur distat a terrę centro.

Saturnus planetarum vltimus in hoc ordine est minor Ioue: continet n. terram tantum 91: distat tamen magis, quàm Iupiter, cum eius cęli dimetiēs cōtineat dimetiēs terrę, & aquę 20220. quę sunt 72378409. qđ spatium quis mente cōcipere potest? vix reperiūtur verba, quibus id explicari possit. attamen in terris frigiditatem, & siccitatem operatur, vt superioribus diebus omnibus compertum est. Nam die 12. Aprilis 1586. quo tempore in eodem cęli minuto Sol, & Saturnus coierunt, & duobus diebus ante, & duobus post maximum frigus, & siccitatem homines experti sunt, & multis diebus post, non solum ante solis ortum, quòd Saturnus ante solem oriretur, sed post solis ortum etiā, quod parū

a sole distaret, quod & anno 1587. accidit, & apertius, cum videretur pene hyemis tempus esse, quod pene veris erat finis. Accidit n. hæc coniunctio ☉ & ♄ die 26. Aprilis, ex quo totus Maij mũsis sic frigebant omnia, vt mirum omnibus videretur, quibus hæc causa ignota esset. Hæc non inutilia inserantur, ne lectio tædium, & fastidium pariat. sic igitur non inutile condimentum habeat, scilicet cum voluptate vtilitatem coniunctam. eo. n. conducit, ut quantam vim habeant cęlestia corpora ab ipso Deo creata, quamq; magna sint cognoscamus & quanta sint ipsius Dei inuisibilia, quæ sunt tum angeli, tum angelorum sedes, & tandem ipse Deus licet quantus dici non possit, sed infinitus, & eò conducit, vt nos ad bene viuendum impellat, vt tandem in cœlis beatè viuere, & ęuo sempiterno frui possimus.

Firmamentum vel octaua sphæra cœlum Saturni cõplectitur. in quo cœlo tamquam nodi in tabulis insunt stellę omnes præter septem planetas Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium, & Lunam, quorum caracteres hi sunt ♄, ♃, ♂, ☉, ♀, ☿, ☽, in quo (vt diximus) licet penè innumerabiles stellę sint. 1022. tamen in 48. imagines distributas obseruarunt astronomi, & diuersæ magnitudinis, & naturæ sunt. Et primæ magnitudinis stella continet terræ, & aquæ globum centies. Quis autem hoc huius diuinæ scientiæ ignarus crederet? scias tamen lector omnibus in sua arte peritis credendum esse: sciens tamen non credit, sed per causas cognoscit. Stella secundæ magnitudinis eundem cõtinet nonagies, tertiæ bis, & septuagies, quartæ quater, & quinquagies, quintæ 36. sextæ 18. ex quo sequitur, vt stellæ hæ, quæ numerantur ab astronomis contineant terram uicibus 54706. cum autem reliquæ stellæ sint longe plures, illud sequitur, ut pene innumerabiliter terram contineãt, vult tamen Clauius, vt superficies concaua firmamenti contineat 71209600. diametros quadratas vnius stellę magnitudinis primæ, in qbus totidẽ stellę magnitudinis primę se mutuo tãgẽtes describi possũt. Quid mirum Atlantẽ hęc contemplantem in montẽ conuersum Poetas fabulatos esse? hoc est totam suam ætatem in altissimo monte consumpsisse? quid mirum Anaxagoras suam patriam, & rempublicam deseruisse, vt in his contẽplandis vitã ageret? contra vero quanta demẽtia fuit Alexander ille magnus, qui lugebat cum audiret Democritum dicentẽ plures adesse mundos, qd nõdum unius terræ imperio potitus esset, cum nihil sit totus terrarum orbis, cuius imperiũ expetebat, si cum octaua sphera comparetur? contra verò q̃ prudentes oẽs sancti Dei, q pa rentes, & facultates oẽs, & se ipsos, vt ita dicã, deseruerunt, vt illa ęterna, & beata vita fruerentur; quæ multo est maior, & pstantior octaua sphęra,

quàm

quã hæc est terra, & aqua maior, atque præstantior, vt postea dicemus. De cœli raritate iam dictum est, & ex superioribus percipi potest. Distantia uerò a terra est 20229. semidimetientium terræ, quæ sunt milliariorum 72412414.

Super octaua sphæra (vt supra dictum est) noua collocata est, quę cum sine stella sit, sensibus percipi non potest, sed ratione tantum (vt dictũ est) hanc tamen octaua maiorem, & rariorem existimant, ut octaua Saturni orbe maior, & rarior est, maior, quòd octauam contineat. rarior, quòd magis a terra distet. illius autem a terra distantiam quis scire potest? nisi quis dixerit quadam ratiocinatione tantum distare eius cœli conuexa superficies a conuexa octauę sphæræ, vt hæc distat a conuexa sui inferioris, quod faceret, ut semidimetiens terræ & aquæ globi contineret 20238. quod spatium esset milliariorum 72446419. quod si eadẽ ratione argumentauerimus de sphæra decima dicendum est eius semidimentiens continere semidimetientes terræ, & aquæ 20247. quæ sunt milliaria 72480424. quod spatium tantum est, vt vix cuiusquam mens illud capere possit, licet vel ipsum infinitum capere uideatur; sed longius distare a terra probabilibus rationibus demõstrari posset. sed quid opus hæc tam exquisitè? satis est homini scire hæc tanta, tamq; multa, tantisq uiribus, vt licet tam longe distent a terra, in terris tamen, & in omnibus elementis operantur, & agunt, sibi a Deo Opti. & Max. esse creata, & longe pluris homines esse, quàm hæc omnia, quæ illi seruiunt: satis sit homini, hinc ad eius creatoris præstantiam argumentari, vt illam aliqua ratione dum in terris versamur & in hoc corporis carcere inclusi sumus cognoscamus. ex dictis facilè colligi potest, tantæ magnitudinis esse empyreum cœlum, ut uix nnmeris comprehendi possit. De illius autem cœli puritate, faciliùs est cogitatione, quàm uerbis consequi. Facilè n. potest mens gradatim a terra ad aquam, & ab hac ad Aerem, ad Ignem, ad Lunam, ad Mercurium, ad Venerem, ad Solem, & inde ad reliquos cœlos progredi semper maiorem puritatem addens, & sic argumentari, ut se habet aqua ad terram, sic & ignis ad aerem, uel aer ad aquam, sic ad cœli empyrei puritatem perueniet, quod tamen de ijs rebus solet inter homines agi, non reperiunt uerba, quibus id explicent: Hæc igitur sint satis quę humanũ est intellectum adaperiãt, & ad maiora ista prępa ret, ut facile iter ad illa se consecutum cognoscat.

De

DE PLANETARVM THEORICA. CAP. VI.

ETsi in superioribus, vbi de planetarum orbibus verba fecimus, singulis planetis singulos orbes tribuimus: hic tamen alia quadam ratione de iiidem loquendum est. & plures orbes eis sunt ascribendi, vel suus orbis in plures orbes diuidēdus est. Et primum de Sole agemus, quod hic planeta est tamquam ceterorum Dominus, & quem in motu ceteri imitantur, licèt, vt & homines faciunt, alij aliis melius id faciant, vt expositurí sumus. Solis igitur spheram ex tribus orbibus constare periti testantur, quibus & epicyclum nonnulli addunt. quorum qui medius est penitus eccentricus est, at qui hunc continet secundum conuexam partem est concentricus, secundum uerò concauam eccentricus est. contra vero se habet ille orbis, qui ab eccentrico continetur. Nam illius conuexa pars est eccentrica, & concaua homocentra est. Epicyclus verò est paruus circulus in orbe eccentrico contentus, in cuius peripheria sol defertur. Hęc omnia facile in sequenti figura cernuntur. in qua, & orbium nomina debes animaduertere. Nam orbis superior deferens superior appellatur, ut inferior dicitur, qui interior est. Qui verò inter hos duos medius est eccentricus dicitur, vt quidem est. His autem circulis descriptis reliquum est, vt quibus motibus sint pręditi doceamus. Eccentricus autē qui epicylum defert sub zodiaco mouetur quotidie Gra. 0. 57'. 8''. 11'''. 22''''. totumque zodiacum conficit diebus 365. horis 6. 9'. 39''. & hinc exoritur solis medius motus, Epicyclus verò qui solare corpus defert ꝑpetuò in plano eccētrici mouetur, vt quotidie moueatur. Gra 0. 59'. 8''. 7'''. 10''''. ex quo fit, vt diebus 365. horis 6. 20'. totum zodiacum perambulet, illud prętera in epicyclo animaduertendum est, ꝙ in superiori parte contra signorum ordinem solem defert nempe a ♈ in ariete, & in parte inferiori secundum signorum ordinē ab ♈, in ♉. Vnde fit, vt cum sol est in superiori parte tardiùs in parte uerò inferiori velociùs mouea tur. illi autem duo orbes, qui in figura nigri sunt, & secundum quid eccentrici sunt. & eccentricum amplectuntur, & deferenter cōmuni nomine dicuntur, quòd solis absides sub zodiaco deferant, sed inęqualiter. Hęc autem apogei mutatio inde fit, quòd solis motus in epicyclo paulo tardior est, quàm medius solis motus, ut ex superioribus uidere licet. Hi orbes Apogei diurnum motum medium efficiunt 4'''. 12''''. idq; circa centrum parui circuli, qui describitur motu centri eccentrici, qui tātus, est quanta est differētia inter medium motum eccentrici, & motum epicycli. Hic uerò motus anomalia apogei, & eccentricitatis solis dicitur.

Hic

SOLIS THEORICA.



Leuate oculos in excelsum, & videte, quis creauit hæc?
Isa. 40.

Hic autem uidere licet. quod ad Apogæi motum centri eccentri mutatio fit. Nam cum moueatur solis Apogeũ, ut dictum est, circa centrum parui circuli descripti inter centrum mundi, & centrum eccentrici, & hoc centrum modo sit in hoc circello per diametrum eentro mundi oppositum, modo uerò non; inde fit, ut cum oppositum est, tunc sit maxima solis eccẽtricitas, & tũc est P. 2. 30'. 7''. ex partibus 60. in quibus tota diameter distribuitur. Quo in loco cum est, tunc apogæi motus tardissimus est, cùm uerò centrum eccentrici super mundi centrum incidit tũc Solis eccetricitas minima est, & ex 60. partibus diametri est tantum P. 1. 55'. 53''. & tunc Apogæi motus uelocissimus est, in cæteris uerò partibus intermedijs mediam quoque rationem motus seruat. Sed hæc in figura uide, in qua F. est mundi centrum E. centrum eccentrici. A. Apogæum uel summa absis eiusdem. B. perigeum, uel ima absis. orbes uerò, & epicyclus p se satis noti sunt è Linea medij motus solis est illaq; mũdi centro per epicycli centrum ad Zodiacum defertur, quæ licèt in hac figura desit intelligi tamen potest.

Linea ueri motus Solis est ea, quæ à mundi centro per centrum corporis solaris ad Zodiacũ protenditur, quæ quoque hic intelligenda est.

Apogeum eccentrici est circuli eccentrici punctum a mundi centro remotissimum.

Perigeum uerò est contra punctum qui maxime accedit.

Apogeum Epicycli medium ostenditur per lineam à puncto, qui centro mundi oppositus est tanto spacio, quanta est differentia maximæ, & minime eccentricitatis solis deductam per epicycli centrum usque ad eiusdem epicycli circunferentiam.

Apogeũ uerum epicycli describitur per lineam ductam e centro mũdi per epicycli centrum ad ambitum eiusdem.

Motu exposito planetarum ordo postulat, ut de lunari uerba faciamus, quæ etsi ordine certo moueatur; tamen nobis in terris existentibus nullum ordinem seruare uidetur, uel saltem inæqualiter moueri, quam inæqualitatem ad æquales motus periti reduxerunt ita, ut illis cognitis, quæ ipsi tradunt intellectus quiescat. Quod sibi reliquum nullum est, quod & dubitationem afferat. Eius igitur sphęram ex quatuor orbibus constare tradunt, quorum tres ita se habent, ut superius de sole traditũ est. Quartus uerò hos tres conplectitur, & tam illius concaua, quàm conuexa pars concetrica est, cuius officium est nodos lunares draconis scilicet caput, & caudã in præcedẽtia deferre; ille uerò medius orbis q penitus eccentricus est, & appellatus deferens epicyclũ mouetur quotidie secundum signorum ordinem P. 13. 10'. 34''. 53'''.

in

LVNAE THEORICA.



Per quam viâm ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram? Iob 38.

in longitudinem, expletq, integram zodiaci cõuersionẽ Diebus 27.Ho. 7.43'.7''. quod spacium temporis periodicus mensis appellatur. Hic autem motus tum medius, tum æqualis motus longitudinis Lunæ dicitur. Hoc motu medio eccentrici a Lunæ coitione cum Sole ad alterã coitionem elabuntur Dies 29.Ho.12.44'.3''.& hic mensis sinodicus lunaris dicitur. Epicyclus autem, quẽ in hoc orbe infixum diximus, & cũ illo moueri, quod situm obliquum possidet, alium motum habet, qui motus latitudinis nuncupatur. Centrum .n. epicycli per latitudinem zodiaci singulis diebus perambulat P. 13.13'.45''.39'''. hic autem motus latitudinis Lunæ motus vocatur: cum autem hic motus superiorem motum scr. 3'.10''.47'''. superet inde fit, ut orbi caput, & caudam draconis defferenti tributum sit pro diurno motu in præcedentia scr. 3'.10''. 47'''. circa suum centrum, quod idem est, quod zodiaci centrum, cum illum orbem homocentrum superiùs posuerimus. Hic autem motus conficit suum iter sub zodiaco diebus 6798. Ho. 7.43'.39''. qui si ad annos iulianos referuntur, erunt A. 18.D.226.H.7.43'.39''. ille uerò circulus, qui apogæum eccentrici defert singulis diebus contraria conuersione contra scilicet signorum ordinem perambulat P.11.12'.18''.30'''.& suũ iter perficit D.32.H.3.4'.24''. Luna mouetur in epicyclo, & hic motus Lunæ anomalia dicitur, uel Lunæ argumentum, quæ quotidie ita mouetur, ut cõficiet P.13.3'.53''.56'''.& ĩ superiori parte epicycli mouetur in præcedentia, & in parte inferiori in consequentia defertur, ex quo fit, vt totum zodiacum D.27.& H.fere 18.perambulet. Cum autem sol sit princeps, & moderator ceterorum luminum, ita est cum ceteris cõiunctus, ut quadam suauitate eis suum lumen impertiatur: omnia .n. Deus suauiter disponit. Nam linea medij motus, solis semper æquali spacio est inter centrum epicycli Lunæ, & apogæum eccentrici, uel simul cum illis iungitur, aut illis simul iunctis e diametro opponitur inde fit, ut si duplaueris mediam distantiam Lunæ a medio Solis loco, eum arcum effeceris, quem Alphonsus in tabulis centrum Lunæ, & alij anomaliam eccentrici dicunt. Hic autem arcus ab eccentrici apogæo initium sumit, & eius diurnus motus est P.24.22'.53''.23'''.& totum zodiacum obiit D.14.H.18.22'.1''.Hæc autem omnia ut melius intelligantur in hac figura animaduertes.

A. est centrum eccentrici.

B. centrum mundi, & zodiaci.

C punctum diametraliter oppositum centro eccentrici in paruo circulo, a quo describitur Apogæum medium epicycli.

D. E. F. est circulus concentricus zodiaco. Vbi est D. ibi est Arietis initium,

THEORICA ☊ ET ☋, ET LIMITVM.



Laudate cœli, quoniam fecit Dominus.
Isa. 44.

initium, vbi E. ♈. & ita cetera deinceps signa.

P. T. L. est circulus eccentricus Lunę, in quo Epicyclus defertur.

P. est eccentrici apogęum, Q est eiusdem perigęum.

H. I. K. V. est Lunæ epicyclus, cuius centrum ratione diuersorum locorum. est L. M. N. O. in quolibet epicyclo H. est apogæũ verũ, & I. mediũ.

K. est lunare corpus in epicyclo fixum.

G. ī zodiaco est medi⁹ loc⁹ Lunæ, & D. E. G. est arcus medij mot⁹ Lunę.

F. in zodiaco est verus locus Lunę.

D. E. F. est verīs lunaris motus linea.

Reliquum est, vt in luna consideremus ☊. ☋. & limites, de quibus cũ sæpe fiat mentio tum in hoc libro, tum in ceteris, nisi intelligantur, auctorum sentẽtia minime hauriri potest. sciendum igitur est, quòd Lunę circulus eccentricus si ad eclipticam refertur, obliquus est, quemadmodum & ecliptica, quam (vt dictum est) Sol perpetuo describit, si refertur ad ęquatorem itidem obliqua est. Nam ambitus eccentrici Lunæ ambitum ecliptice super mundi diametro in duobus punctis dispescit, quę diametraliter opponuntur ita, vt altera Lunę circuli pars ad boream, altera ad austrum vergat, & hi circuli quandam draconis speciem referũt. illa n. duo puncta, quibus se inuicem hi circuli intersecant caput, & cauda draconis vocitantur, & caput ita ☊, & cauda hoc modo scribitur ☋. ille autem punctus, per quem Luna ad boream tendit caput, & per quẽ ad meridiem cauda est. ambo vero cõmuni nomine nodi dicuntur, & nodus euehens caput, & cauda deuehens: illa verò puncta, quę maxime ab ecliptica recedunt, & in circulo lunari sunt, ab ecliptica distant semper grad. 5. & draconis ventres dicuntur, sed quod in borea parte est limes boreus, & quod in austrũ vergit limes australis vocatur. Hęc autem quatuor puncta totum Lunę circulum in quatuor æquas partes distribuit, quę quatuor puncta, vt superiùs dictũ est, nõ vnico loco perstãt, sed in antecedentia mouentur. At hęc in seguenti figura considerẽtur.

Circulus Q. G. H. I. est zodiac⁹, cuius cẽtrũ est A. & arietis initiũ est Q.

Circulus F. C. E. P. est via Solis seu ecliptica, cuius centrũ est quoq; A.

F. D. E. O. est circul⁹ lunaris sup. cẽtrũ B. i quo sũt 4. pũcta F. est nodus ascẽdẽs uel ☊, E. descẽdens, vel cauda, D. limes boreus. O. limes austrin⁹.

D. A. O. linea ducta per vtriusque limitis puncta.

L. M. est epicyclus super centrum N. & corpus ☉ in epicyclo est M.

A. N. K. linea medij motus Lunę.

A. M. I. linea verī motus ☉ in zodiaco.

K. medius motus ☉, & verus ☉ locus est I.

Reliquum est, vt de reliquis quinque planetis sermonem habeamus, & pri-

& primũ de tribus superioribus Saturno, Ioue, & Marte, qui ob eã rẽ dicũtur superiores, q̃ supra Solẽ sint collocati, vt superiùs docuimus. Hi autẽ cũ eadẽ rõne moueantur, ob id vnica cõtẽplatione sunt contenti. Primũ igitur sciẽdũ est, q̃ vt Sol, tres habẽt orbes eadem rõne collocatos, & duo illi, qui eccẽtricũ cõtinent, motu suo deferũt eccẽtricorũ apogęa & centra, quę simul in eadem recta linea semper reperiuntur, & mouentur ęqualiter sub zodiaco, & super eiusdẽ zodiaci centro. Quamobrẽ singulis dieb⁹ Saturni Apogęũ pficiscitur 6ⁱᵛ. 2ⁱᵛ. & quotãnis 36ⁱⁱ. 40ⁱⁱⁱ. 48ⁱⁱⁱⁱ. Iouis verò Apogęũ 1ⁱⁱⁱ. 47ⁱⁱⁱⁱ. singulis dieb⁹, & singulis annis 10ⁱⁱ. 49ⁱⁱⁱ. 26ⁱⁱⁱⁱ. Martis verò Apogęum quotidie 4ⁱⁱ. 43ⁱⁱⁱⁱ. & quotannis 28ⁱⁱ. 44ⁱⁱⁱ. 37ⁱⁱⁱⁱ.

Eccentricus verò circulus, quẽ superiores possident (vt dictũ est) & in quo epicyclus infixus est, qui planetę corpus defert; si ad eclypticã cõferatur, obliquus est. Prętera illud quoq; traditur a peritis, q̃ epicycli nõ ĩ eadem planitie, in qua eccentrici sunt, describuntur, vt in luminaribus sunt. verũ duplici rõne epicycli ab eccẽtricis declinant. Nã tũ eccẽtricis, tũ epicyclis duplex tribuitur motus lõgitudinis alter, & alter latitudinis Motus lõgitudinis in eccẽtrico fit, qui planetę motus medi⁹ dicitur, hoc motu ♄ quotidie mouetur 2ⁱ. 0ⁱⁱ. 27ⁱⁱⁱ. & ĩ anno cõi. P. 12. 12ⁱ. 46ⁱⁱ. 4ⁱⁱⁱ. & totũ zodiacũ pcurrit D. 10747. H. 17. 36ⁱ. Iupiter verò p eccentricũ quotidie mouetur sub zodiaco 4ⁱ. 59ⁱⁱ. 8ⁱⁱⁱ. & quotãnis sig. j. G. 0. 19ⁱ. 41ⁱⁱ. 6ⁱⁱⁱ. & totũ zodiacũ cõficit D. 4330. H. 17. 14ⁱ. ♂ vero hoc eodẽ motu medio in suo eccẽtrico pambulat quotidie 31ⁱ. 26ⁱⁱ. 31ⁱⁱⁱ. & quotãnis cõibus sig. 6. G. 9. 16ⁱ. 18ⁱⁱ. 29ⁱⁱⁱ. & suũ iter sub zodiaco pficit D. 686. H. 22. 24ⁱ. Motus verò epicycli ĩ lõgitudinẽ, quẽ alij epicycli, vel orbis anomaliã dicũt, alij Paralaxeos, vel cõmutationis, defert quotidie saturni stellã 57ⁱ. 7ⁱⁱ. 44ⁱⁱⁱ. & quotãnis sig 11. G. 17. 32ⁱ. 3ⁱⁱ. 7ⁱⁱⁱ. & ex quo fit, vt epicycli cõuersio fiat vnico anno cũ diebus 12. H. 21. 36ⁱ. Iupiter aũt ĩ epicyclo. mouetur quotidie 54ⁱ. 9ⁱⁱ. 4ⁱⁱⁱ. & in anno sig. 10. G. 29. 25ⁱ. 8ⁱⁱ. 3ⁱⁱⁱ. & totã hũc periodũ cõficit anno vno D. 33. H. 21. 9. Mars verò quotidie ďfertur ab epicyclo 27. 41ⁱⁱ. 40ⁱⁱⁱ. & in Anno sig. 5. G. 18. 28ⁱ. 30ⁱⁱ. 42ⁱⁱⁱ. & totũ epicyclũ obit Ann. 2. D. 49. H. 19 43ⁱ. His prętera planetis, vt hactenus perspicuitatis causa docuim⁹, nõ vnicus tribuitur eccẽtric⁹, sed duo, quorũ alter, vt dictũ est epicyclũ defert alter verò, q̃ æquãs dicitur, describitur a cẽtro, q̃ tantum distat a cẽtro prioris eccentrici, quantũ ille distat a mũdi centro, vt in sequenti figura videre licet. Hũc aũt ęquãtẽ excogitauerũt homines peritissimi, vt ęqualẽ centri epicycli motũ referãt super eiusdẽ ęquantis centrum, & ob id ęquantem illum appellarunt. Hic tamen motus, si ad mundi, & eccentrici refertur centra, inęqualis videtur. licet sic ęqualis cũ epicycli centrũ motu sui eccentrici ęquali tempore æquales angulos

deseri-

describat,& de ambitu eiusdem ęquantis ęquales arcus conficiat.

Illud præterea in his planetis animaduertendum est, in quo maxime Dei optimi,& max. sapientia elucet, quòd ea ratione mouentur cum Sole, ut eum ducem, principem, & cui suum lumen referant, agnoscunt, & omnes unà Deum omnipotentem uenerentur: cum ab illius mandatis ab initio mundi ne latum quidem (ut dicunt) unguem discesserint. Homo uerò, propter quem hęc omnia creata sunt, septies in die cadat, ab illius præceptis. quid qui non sunt iusti? collige, atque cohibe te ipsum homo,& hęc aliquando in animo tuo euolue, dum hęc legis. Quotiescunque igitur hi tres planetę cum Sole coeunt, id fit in medijs apogęis suorum epicyclorum, & lineæ mediorum motuum eorum cum linea medij motus Solis simul iunguntur. facto hoc congressu quasi sint cum illo collocuti de mundi imperio,& regimine, & retulerint, quęcunque ipsi gesserunt, inde discedunt, & ad suum munus obeundum proficiscuntur, per illam viam, quę secundum signorum ordinem fit. Cum vero e regione Soli positi sunt, vel ei oppositi sint, tũ hi, tũ Sol media perigæa possident. & linęę mediorum motuum tum Solis, tum horum planetarum inuicem opponuntur, deinde a perigæo recedentes in antecedentia feruntur. Hic contemplare pie lector, quod quemadmodum quando cum Sole coniungi, & colloqui volunt, quòd tunc Sol in altiori sui epicycli parte est, ipsi quoque idem faciunt, idest in suo gradu maiori ascendunt. quod in principum congressibus,& cœtibus fieri solet, cum verò Sol in parte inferiori reperitur, vt est cum per suas prouincias iter suscipiunt, sic & illorum magistratus pro munere is dignitate faciunt. Hęc & alia innumerabilia pius lector,& studiosus tum ex dictis, tum ex dicendis ad sui, suorũq;, qui Christiani oẽs sunt vtilitatẽ, colligere poterit, vt tã dẽ. & ipsi sciant, tum quòd cũ vult homo cũ Deo loqui, debet se ad sui epicycli altiorem partem extollere, cum oratio sit mentis eleuatio in Deum; tum quòd cũ ad perigęum, hoc est in terram venerit, ipse Deus, se quoque hominem esse agnoscat, & mortalem. At hęc attigi, vt rationem contemplandi ex iis, quę multi respuũt, negligunt,& tãquã prophana,& ethnica detestãtur habeas. At sũt scalę per quas, vt Paulus testatur, in Dei cognitionem deuenimus. Hi tres igitur Planetę facta oppositione cum Sole pergunt in pręcedentia, & soli ouiã eunt, quasi explorent viam, per quam profecturus est Sol, & illam tapetibus, & festa fronde sternant, & in suis motibus eam seruant rationem, vt quantum Sol a superioribus planetis sub eccliptica medio motu discedit, tantũ & ipsi ab Apogęis suorum epicyclorum recedunt, ex quo fit, vt, cum Sol ad illos reuersus est, & ipsi ad suorum epicyclorum Apogęa peruenerint,

C. mundi

THEORICA TRIVM SVPERIORVM.



Manus meæ tetenderunt cœlos.

Isai. 45.

C. mundi centrum, est & zodiaci, & eius peripheria K. L. M. & arietis initium est K. & reliqua supra deinceps.

B. eccentrici deferentis epicyclum centrum est, cuius semidiametere est B. A. D. & eius ambitus ab epicycli centro descriptus est F. D. G. E. est & superficies eius eccentrici describitur a semidiametro eccentrici super centro. C.

A. centrum est eccentrici æquantis, & huius circunferentia est F. I. G. H. super eodem centro A. & habet semidiametrum ęqualem semidiametro deferentis, igitur intersese sunt ęquales.

F. G. sunt puncta, in quibus vtriusque eccentrici superficies perpetuò secant se mutuo, non tamen sese scindunt, sed sunt vnum quoddam continuum planum.

D. est Apogęum eccentrici. E. perigęum eiusdem.

P. Q. R. est circunferentia epicycli super centrum T. uel V. vel X. vel Y. per ratione locorum.

Linea medij motus planetę est illa, quę de centro mundi ad zodiacũ educitur ęquidistans illi lineę, quę a centro æquantis educta protrahitur per centrum epicycli, vt linea C. O.

Linea veri motus centri epicycli est illa, quę a centro mundi per epicycli centrum transiens ad zodiacum peruenit, vt est C. T. M. vel C. V. M. vel C. X. M. vel C. Y. M. in his omnibus epicyclis.

Linea veri motus planetæ est a centro mundi per centrum corporis planetæ ad zodiacum pertingens, vt linea C. R. N.

Reliquum est, vt de duobus inferioribus agamus, & de motu in latitudinem eorum, qui hac ratione mouentur. Venus igitur iuxta copernici sententiam nullum habet circulum deferentem apogueęm, cum vnico loco perpetuo hęreat, hoc est in grad. 48. 21'. a prima arietis stella octaui orbis. & punctum oppositum huic loco, quod perigęum dicitur in P. 228. 21'. octaui orbis. Prętera proprium motum in longitudinẽ non habet, sed mouetur cum Sole, & quòd modo ante Solẽ, modo post cernatur epicyclus in causa est, in quo mouetur quotidie 36'. 59''. 28'''. & quotannis communibus sig. 7. G. 17. 1' 45''. & totum in epicyclo circuitum perficit diebus 583. H. 22. & ferè vnius horę quarta parte. In hac re prętera Venus cum Sole conuenit, vt nunquam ab illo recedat cum Solem prącedit G. 46. 47'. quando verò illum sequitur G. 47. 35'. quos limites tunc solum contingit, cum epicycli centrum in apogæo eccentrici est.

Mercurius verò aliqua ratione mouetur, vt tres superiores, & Venus aliqua verò ab illis differt. Nam medius motus longitudinis idem est cũ

Sole,

Sole,& Venere. & Apogæum eccentrici æquatoris in ♉ ſenſim mouetur in conſequentia, vt in tribus ſuperioribus. Nam quotidie progrediuntur $9^{iii}.3^{iiii}$. & in anno communi $57^{ii}.50^{iii}.38^{iiii}$. motus uero anomaliæ diurnus eſt G. $3.6^{i}.24^{ii}.14^{iii}$. & totam periodum conficit D. 115. H. 21. 5^{i}. neque Mercurius a Sole abſcedit amplius G. 28. ex quo fit, vt rariſſime in cœlo cernatur. Reliqua uero puncta, lineæ, & cetera huiuſmodi ſe habent, vt in tribus ſuperioribus. Iam hic videre licet cur M. Tullius in ſuo Scipionis ſomnio Mercurium, & Venerem Solis comites vocet, & ſint illius ſtatores, atque miniſtri. & quantam vtilitatem inde percipere poſſint homines, tum ad Deum omnipotentem (vt ſæpius diximus) cognoſcendum, atque colendum, tum ad bene beataq; viuendum, ſed iam aliquid de planetarum latitudine dicatur, qui omnes præter Solem (vt antea dictum eſt) ſic mouentur ſub zodiaco, vt modo ſint ab ecliptica in boream, modo in auſtrum. vnus enim Sol ſemper ſub ecliptica perambulat, ex quo fit, vt hi omnes ſuos nodos habeant, & ſuos limites, & quibus in locis ſint hoc tempore habebis in ſequentibus ita manifeſte, vt unico intuitu id cernere poſſis. qua vero ratione moueantur in latitudinem tum ratione eccentrici, tum ratione epicycli, non eſt noſtri inſtituti hoc loco declarare, ſi quis tamen id ſcire velit legat tum Ptolomæum, tum Alphonſi tabulas, tum prutenicas, tum noſtri Magini ſuperioribus annis editas, & eiuſdem Planetarum Theoricas, quæ breui edentur, & nihil erit amplius, quod in hanc ſententiam deſideret.

DE SOLIS, ET LVNAE ECLIPSI. CAP. VII.

CVM nonnunquam accidat, vt Lunæ, & Solis lumen deficere videatur, eius rei causam hic ante oculos ponere visum est. & primum de Sole, deinde de Luna verba faciemus. Quod autem attinet ad solarem eclipsim sciendum est. nihil aliud esse, quàm lunaris corporis inter nostros oculos, & Solis corpus interpositionem: ex quo fit, vt Solis lumen uel totum, vel partem (prout uel penitus, vel aliqua tantum parte interponatur) cernere nequeamus. Hoc autem vt accidat. necesse est, vt vtrunque luminare sit in nodis, hoc est, vel in capite, vel in cauda draconis. Nam licet quolibet lunari mense Luna iungatur cum Sole; non tamen semper nobis solares radios adimit, sed tunc solum, cum sunt iuncti secundum longitudinem, & latitudinem, non autem cum iunguntur secundum longitudinem solum; quod est, cum fit luminarium coniunctio, & Sol non patitur eclipsim, cum verò fit coniunctio secundum longitudinem, & latitudinem, quę non nisi in nodis vel omnino, vel secundũ partes fit, tunc nonnullis hominibus Solis lumen deesse, necesse est. vt in sequenti figura apparet. quę rem ipsam penitus ob oculos ponit, in quo illud animaduertendum est, Solis eclipsim nõ vbiq; terrarum fieri, cũ aliquibus hominibus fit. non.n.omnibus fit Lunę interpositio: nã qui aliquo terrę spacio, vel orientaliores, uel magis ad occidens vergunt, ijs non fit defectus: licet intermediis accidat, vt quisque per se facilè cognoscere potest. si in figura fingat, ubique habitari, & a centro Solis ad diuersas habitationes lineas ducat, ex quibus multę lunare corpus non tangent. Sed figura rem ipsam tibi ante oculos facilè ponet. Cetera verò, quę minutiora ad hanc eclipsim pertinent, nihil hic attinet dicere. Hoc.n. ad tabulas pertinet, in quibus tempora inquiruntur, quibus hoc fieri soleat, & possit, & eius durationis unà cum digitis, qui, tum ex Sole, tum ex Luna eclipsantur. Hic uelim lector diligenter Dei architecti sapientiam animaduertat, suspiciat, & admiretur, qui cum sciret, quàm multis incommoditatibus afficiantur terrę, & animalia, cum Sol deficit, & uellet, ut quolibet mense fieret Solis, & Lunę coitio, si Luna sub ecliptica pergeret, quolibet mense Sol eclipsim pateretur; ex quo multa mala emanarent; inde fecit, vt Luna modo hac, modo illac percurreret ita, ut permitteret, Solẽ ad nos suos radios amittere. permisit etiam, id aliquãdo accidere, ut esset aliquid, quod uel imperitorum hominum oculos ad cœlos raperet, & eorum animos cognoscendæ tantę rei causam cupiditate inflammaret, ex quo paruo doctrinę semine multa commo-

da,

FIGVRA SOLAREM ECLIPSIM OSTENDENS.



Quid lucidius Sole, & hic deficit.
Eccles. 17.

da animi hominum consequerentur (licet corpora male afficerentur) quæ singula hic narrare nihil attinet. Sed illud vnum existimo maxiximum, quàm horrendus futurus sit ille dies, cum omnes cœlorum virtutes mouebuntur, secum aliquando reputare, ad quod a Solis eclypsi homines velint, nolint, rapiuntur. Vt accidet Anno 1590. die 30. Iulij mane, quo tempore ita deficiet Sol, vt multis videbitur, iam illud aduenisse tempus, quo debeant omnes non villicationis tantum, sed de omni verbo ocioso rationẽ reddere. Hæc nõ inutiliter dicta sint.

Iam igitur ad lunarem eclipsim pergamus. Tunc lunaris eclipsis fit, cum Sol est in capite, & Luna in cauda, vel contra, idque (vt diximus de Sole) vel ad vnguem, vel ex aliqua parte: tunc enim fit, ut terræ vmbra lunare corpus contingat, & a Sole minime illuminari possit: ab eo enim Luna suum lumen mutuatur, vt per totam Lunæ ætatem conspicitur, vt uice versa ex eclipsi facile apparet. Sic enim se res habet, vt corpora solida cum lumen ex altera parte habent, ex altera vmbram amittant, & (ut de Sole diximus) id fit diuersis rationibus: modo enim tota obscuratur, si contingit in punctis ad vnguem oppositis, modo maior, modo minor pars, cum vel magis, vel minus ad hæc puncta propius eclypsis contingit. Perfectæ autem defectionis typus infra est, cum verò non penitus obscuratur quisque per se ex eadem intelligere potest, at cũ Sol hominibus deficiat, me esse hominem, qui illum olim deficere uiderim, reminiscor, quod pene oblitus eram, cum tamdiu fuerim in cœlis, ex quo sequitur, vt reminiscar, etiam, me adhuc in terris versari, & vbi superiora respexi, & descripsi; æquum videtur, vt & inferiora respiciam, & terrena immo, quæ in terræ uisceribus continentur. de inferno igitur in sequenti capite tractaturi sumus, vt ijs inter se collatis ardeant homines incredibile cupiditate reuertendi illuc, vnde digressi sunt.

TYPVS LVNARIS ECLIPSIS



Fit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opus manuum noſtrarum dirige: Pſal. 89.

DE INFERNO, ET ALIIS LOCIS IN VISCERIBVS terrę existentibus. Cap. VIII.

CVM igitur in terris adhuc versemur, quæ sub pedibus habemus, respiciamus velim, & de inferno, & multiplici inferno agamus, vt illis locis cognitis, & cũ cœlestibus collatis vtrã viam nobis ingrediendum sit, statuere possimus. Primum videtur quærendum, nũ infernus, qui locus dãnatorum habetur vbi miritas pœnas dant, reperiatur, in qua quęstione non multum temporis mihi consumendum existimo; cum fides nostra id nobis credendũ proponat, & de eo sæpe Christus Dominus in Euangelio mentionem faciat, videndum igitur vbi sit: cum id obscurum sit, nihilque de eo certi habeamus, id tamen coniectura possumus assequi, & multis probabilibus rationibus confirmare. Sed primum, quòd non sciatur, vbi scit. Testatur D. August. & D. Gregorius, cum dicant. In qua parte mundi infernus sit, neminem arbitror scire, nisi cui Deus reuelarit. Pythagoras voluit, vt pœnarum locus esset in ignis sphęra, quem in medio totius orbis esse confirmauit. Quod verò in terrę visceribus sit, sic probatur: in Apocalypsi legitur nemo poterat in cœlo, neque in terra, neq; subtus terram aperire librum, i. neque beati, qui sunt in cœlo, neque homines, qui sunt in terra, neque qui sunt sub terra, i. qui in inferno sunt. item boni, & mali inter se maxime distant, nullus locus maxime distat ab empyreo cœlo, quàm terrę centrum, ut in superioribus figuris videre licet. centrum igitur terrę est, quę locacicum illud sunt, improborũ hominum loca sunt. Prętera videtur quidem consentaneum, ut omnis homo, quod cupit, & consequi conatur suis studiis omnibus, id sibi tandem consequatur: quemadmodũ igitur diuini spiritus homines cœlestia appetentes, & ad ea rectis studijs contendentes, eò tandem perueniunt, sic qui terrena expetunt, & in eo sua sunt omnia; terrę viscera, ubi omnia terrena sunt, ingrediantur, consentaneum est. Prętera qui terrena cupit, angustissima cupit, ei angustissima tradãtur conueniens est, at quę in terrę visceribus sunt in mundo quid angustius? id superiùs probatum est, sic qui cœlestia expetunt, & terrena omnia pro cœlestibus bonis abijciunt, ut S. Franciscus, & omnes illius sectatores, & alij innumerabiles, traduntur illis ea, quibus nihil maius ab hominibus intellectu concepi potest. Illud etiam ad hanc veritatem cognoscendum maxime facit: improbi corpus suum amarunt, & corpus graue est, igitur deorsũ tendit, at boni spiritum, qui leuis est, & sursum tendit. Alias possem adducere rationes, quibus hanc veritatẽ confirmarem, vt sunt Homeri,

& Ver-

DIVISIO TERRAE INTRINSECVS.

Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos non ascendet. Iob 7.

& Vergilij, & aliorũ auctoritates, sed cum res satis aperta sit, meo quidem iudicio: hæc hactenus de illius loco. Hic sequitur, ut de multiplici inferno secundum Theologos uideamus, & ut sancta mater nostra catholica, & Romana ecclesia confitetur. Infernus duplex est, alter de quo dicitur in inferno nulla est redemptio, & in Euangelio scribitur, (in ignem æternum) alter est non quidem spe destitutus, ut superior, sed ibi ad tempus animæ detinentur. hic in tres diuiditur partes, uel in tria loca, primus, quorum est quidem tenebrosus: sed tamen aliquid lucis habet propter magnam inhabitantium fidem, qui sanctorum patrum limbus est ante Christi in eum locum descensum, ad quẽ descendisse fatemur, cum dicimus: descendit ad inferos. Secundus locus est sine pœna sensus, ac tenebrosus, quò perueniunt illi, qui sine baptismo in originali peccato è uita cedunt, & tenebrosus locus est. Tertius est pœnæ locus non penitus tenebrosus, qui purgatorium dicitur, in quo purgandi lucem gratiæ habent. Qui penitus exeundi spe destitutus est, eos continet, qui in mortali peccato decesserunt, qui nunquam ullam leuationem sperant: hunc autem locum Danthes in 9. orbes distributũ fabulatus est, nihil enim certi habemus uerisimile tamen est, ut sic se res habeat. Nam si alterum peccatum est altero grauius, in loco puniatur consentaneum est, qui magis etiam ab empyreo cœlo distet. Vtcunque se res habeat, sic infernum describit Danthes, ut post purgatorium, idest inferius reperiatur locus, ubi accidiosi puniũtur, deinde uersus terræ cẽtrũ descẽdẽtes reperitur locus, ubi continentur in supplicijs, qui inani gloria ducti fuerunt, deinde qui gula, tũ qui in luxuria volutabantur: iracundi postea, sub hos auari, sub auaros superbi, & proditores sub auaros, medium autem, & infimum omniũ locum tenet Lucifer: quippe qui omnium superbissimus fuerit, vt eius umbilicus sit mundi centrum, ut penitus eum in parte inferiori collocet. Horum omnium locorum hic typus adest, in quo tamen uni cum limbum reperies. Quæ uero pars est a limbo ad terrę conuexam partem eâ est, in qua metalla generantur, fiunt terræ motus, & cetera huiusmodi, quæ a Phisicis considerantur, de quibus nihil hic est, q̃ plura dicamus. His ita descriptis æquum est, ut cum Aenea uiam secamus ad naues, & socios, idest homines adhuc in carne uersantes reuisamus.

DE

DE GEOGRAPHIA. Cap. IX.

FIGVRA EVROPAE, ASIAE, AFRICAE.

Polus Arcticus



Polus Antarcticus.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis à seculo, & usq; in ęternum tu es Deus. Psal. 89.

EX positis locis, quæ tum ad pios, tum ad impios in futura uita pertinent; de eo loco nunc mihi agendum est, in quo uersantur homines, qui ad utrũq; locum æquè, se habent de quo loco mihi aliquid dicendum est. licet quisque domo cæcus non sit, id per se uidere possit. Hic autem locus ex terra, & aqua constans unicum (ut dictum est) superiùs globum conficit. cuius descriptio in sequentibus duabus figuris cernis, cum fieri non possit, ut unica figura pingetur, uel unico intuitu cernatur, in quibus primum duplex linearum rectarum genus perspicitur, alterum earũ est, quæ se duobus locis contingunt, aliud eorum, quæ circulariter ducuntur, & inter se æquè distant, quæ ob id parallelæ dicũtur a græcis. primum linearum genus eorum est, quæ se duobus locis contingunt, his nẽpè locis, quæ sub polis positi sunt ita, ut si a terræ centro, ad polos duæ protraherentur lineæ in terræ superficie per illa duo puncta, ubi se inuicem omnes illæ lineæ secant perducerentur. Hæ autem lineæ meridianæ, uel meridiani dicuntur, qui decem graduum spacio a se inuicem distant. Neq; id fit, quod non plures meridiani reperiantur (innumerabiles n. sunt, ut antea dictum est) sed quòd hæc diuisio satis uisa est nostris cosmographis, quę omnium loca tum terræ, tum aquæ describerẽtur. Alterum linearum genus illud est, quod has lineas ad angulos rectos sphærales diuidit, & inter se ęquè distant decẽ graduũ pariter spatium inter se duæ lineæ continent. illud autem spacium contentum græca uoce clyma dicitur. Hęc autem diuisio eò conducit, ut hac ratione scire possis, quot mille passus inter se loca oĩa distent, quodlibet n. spatiũ unius gradus æquatoris milliaria 62. ½ continet, ut dictũ est. Adest hic alia diuisio, quæ idẽ est cum superiori diuisione sphęrę, ut adsint lineæ, quę circulos polares ostendunt, & lineę, quæ duos tropicos, & unà quæ æquinoctialẽ refert. quòd ęquinoctialis linea in 360. gradus distributa, est, hæ quinque lineę nobis quinque spatia describunt, quæ zonæ dicuntur, duæ quarũ sũt a lineis polaribus usque ad polos, & in figuris extremæ, & dicuntur inhabitabiles nimijs frigoribus, uel ubi non satis commodè habitari potest. quod uerò inter duos tropicos interest torrida zona dicitur, & inhabitabilis nimijs caloribus ab antiquis existimata est. nostris uerò non solis habitabilis cognoscitur, sed ubi commodè habitari potest. duæ uerò inter has medi temperatæ dicuntur, tum ab antiquis, tũ a recentioribus, quod æquè a nimijs caloribus, & a nimiis frigoribus absit. In ea uerò parte temperata, quæ ad boream uergit, & in eius medio sita est nobilissima Venetiarum ciuitas, in qua nunc hæc conscribuntur ad latitudinẽ. grad. 45. idest ab æquatore 45. gradus distans, uel ut aliis 44. 50. hactenus

FIGVRA MVNDVM NOVVM CONTINENS.

Polus Arcticus.

Oriens.

Polus Antarcticus.

Appendit terram ſuper nihil. Iob.

nus de lineis, quæ duabus figuris cõmunes sunt: iam de ijs agamus, quæ singulorum propriæ sunt, ut & huius rei, quæ per illas significatur, aliqua cognitio tradatur, in prima figura adsunt lineæ obliquæ, quæ terminos Europæ Africæ, & Asiæ cum mari, quod inter has partes est ob oculos legentium ponunt. ubi uidere licet quomodo sua brachia in mare terra porrigat, & suos sinus efficiat: nam cetera, quæ ad singulas ciuitates, & singula loca pertinent alibi discat studiosus lector. Nã hæc est quædam uniuersalis cognitio maris, atque terræ: insularum quoque vestigium aliquod adest, maiorumque fluuiorum, adest illa terræ pars, quã nauigantes uiderunt, sed nondum contingere ausi sunt, ut hanc figurã intuentibus patet.

In secunda uero figura descripta est illa mundi pars, quæ nostra fere tempestate cognita est, quæ ob id mundus nouus dicitur, quæ si conferatur cum ea, quæ in superiori figura descripta est, penè æqualis reperietur, ex quo cernitur, quanta in mũdi ignoratione maiores nostri uersati sint, cum dimidium tantũ orbis terræ, & aquæ cognouerint, & nos ipsi hactenus quanti sit illud Chinæ regnum ignorauimus, cum hoc anno tantum illius historiæ in hac nostra regione editæ sint, in quibus tã multa leguntur admirabilia, ut pene incredibilia uideantur. plures.n. sunt illius regis diuitiæ, plures tum pedites, tum equites habet, quà mvniuersa Christiana resp. præter quod habet ænea tormenta, habet typos ad libros imprimendos accommodatissimos, & longe pluribus litteris utuntur, quàm nos, pulchriorem cartam ex arboris corticibus confectam, & innumerabilia alia præstantiora, quàm nos, & ut omnia uno uerbo concludã nos illis Christiana fide tantumodo præstamus: sed cũ iam nostris cæperint illorum aures patere, nobis sperandum est, fore, ut breui, Deo auxiliante, & fide nobis facile antecedant. Hæc asperſi, ut hic liber uarietate delecte, & ob id ad se auditores rapiat, qui non libenter diu solent rebus seriis insistere, nisi aliqua interponatur quies, cum præsertim hæc, & cetera, quæ a proposito nostro aliena esse uidẽtur nõ sint indigna, quæ legantur, & ad nostrã fælicitatem aliqua ratione conducant. Hæc sint satis de terræ descriptione, qui singillatim hæc scire cupit historias legat, legat, & inspiciat Ptolomæi tabulas, & cetera huiusmodi ad hanc rem spectantia.

QVIBVS RATIONIBVS DVORVM LOCORVM DIstantia in terrarum orbe cognosci possit. Cap. X.

PErmagni quidem interest nauigantibus, & terram peragrantibus omnium locorum, quæ tam in terris, quàm in mari sunt distantias cognoscere

TABVLA CONVERSIONVM GRADVVM EXTRA AEQVINOCTIALEM IN GRADVS ÆQVINOCTIALIS.



Vult & non vult piger, anima operantium impinguabitur. Prou. 13.

gnoscere, ob id nobis uisum est hic nonnullas ascribere rationes, quibus id fieri possit, ut omni hominum generi satisfacere possimus. sed antequàm rem ipsam aggrediamur, illud monendum est, quod hanc rationem faciliorem reddet. s. quod gradus æquatoris sunt æquales gradibus per reliquos maiores circulos distributis, ut omnibus superiores geographiæ figuras contemplantibus patet. Vt enim omnes maiores sphæræ circuli sunt inter se ęquales, sic & gradus sint æquales necesse est. Et ut minores circuli non sunt maioribus æquales, ita neque gradus. præterea quo magis aliquis circulus, uel parallelæ lineæ ab æquatore distanti eò minores sunt, sic & gradus minores esse, necesse est. hanc autem rationem graduum extra æquinoctialem distributorum, in sequenti tabella distributam habes, ut instrumentum, & prontuarium, quo facile locorum distantias dimetiri possis, habeas. Vt autem sequētē tabellam intelligas; tibi sciendum est, quòd cum ab æquinoctiali ad polum sint grad. 90. qui omnes inter se longitudine differunt, sic hos omnes in sequentem figuram circularem digessi: sed in tres ordines eos distribui, ut primus ordo, qui interior est, contineat primos 30. gradus ab æquatore, & secūdus à 30. al 60. Tertius a 60. ad 90. quibus omnibus, & singulis apposuimus minuta, & secunda, quæ ille gradus complectitur, si ad æquatorem conferantur. Vt exempli. gratia scire uolo, quot minuta, & secunda æquatoris gradus longitudinis hic Venetijs amplectantur, primum Venetiarum latitudinem in tabella inuenio, quæ est grad. 45. quibus in cellula e regione posita uideo esse. minuta 42. secūda 26. item Romæ ubi latitudo est grad. 42. Minuta 44. secunda 37. propius enim accedit ad ęquatorem, ob id maiores sunt, quàm Venetijs.

Exposita hac graduum ratione, aliā nunc persequimur, quæ pene idē est, sed ratione mensurandi faciliorem reddit, quæ conuertit partes lōgitudinum in circulis parallelis in milliaria italica. gradus æquinoctialis milliaria italica 62. ½ continet (ut dictum est) ceteri uero gradus extra æquinoctialem, quoniam minores sunt pauciora etiam milliaria cōtinere compertum est. Quot autem complectantur, si uis scire utere eadem ratione, qua in superiori, tabella usus es, & habebis, quod quæris: pro minutis enim, & secundis habebis milliaria, & minuta, 60. autē minuta unum milliare constituunt illud sit in exemplum: scire uolo Venetiis, quot milliaria unus gradus amplectatur huius ciuitatis latitudinem in sequenti tabella inuenio, quæ est grad. 45. in cellula huic numero e regione respondenti uideo millaria 44. M. 11. quilibet igitur gradus tot milliaria continet, Romæ uerò ad latitudinē grad. 42. Mill. 46. M. 26. sic, & in reliquis agendum est.

Cum

TABVLA CONVERTENS PARTES LONGITVDINVM IN CIRCVLIS PARALLELIS IN MILLIARIA ITALICA.



In omni opere abundantia, ubi autem uerba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. Prou.14.

Cum maxime uelimus in his nostris locubrationibus(ut dictum est)omni hominum generi satisfacere,aliam hic rationem præponere uolo, antequam mensurandi uiam tradam,quæ pene omnium nostrarum actionum demonstratio futura est. Scias igitur lector, quod omnis triangulus,in quo angulus aliquis rectus existat, sic se habet,ut quadratum lineæ,quæ angulo recto subtenditur æquipollet quadratis linearum, quæ angulum rectum constituunt, ut per propositionem 47. primi elementorum Euclidis facile cognoscitur, & sequentem figuram contemplantibus patet. In illa enim inest triangulus, in quo linea subtensa angulo recto decem partibus constat. quæ uerò angulum constituunt sic se habēt ut altera constet 8. partibus,altera sex. si multiplicaueris igitur sex in se fient 36. & si 8. fient 64. qui numeri simul iuncti faciunt 100. ut est linea subtensa angulo recto. item ad 100. ascendit,cum 10. in se multiplicatū conficiat 100. habitis igitur quadratis constitutis super lineis angulum rectum constituentibus, si ex illis radicem extraxeris habebis quantitatem lineæ subtensæ angulo recto. radix igitur 100.est decem tanta igitur est linea angulo recto subtensa, ut perspicientibus facile in figura patet. Si quando uerò acciderit,ut linea subtensa angulo recto, cum altera ex duabus constituentibus angulum rectum tibi nota sit,si ex quadrato subtensæ recto angulo subduxeris quadratum illius lineæ notæ constituentis angulum rectum habebis numerum,cuius radix tibi dabit quantitatē alterius lineæ ignotæ,ut in nostra figura linea subtensa recto angulo sit nota,quæ 10. est cuius quadratum est 100. sit etiam nota, quæ est 6. cuius quadratum est 36. ex 100. subducito 36. residuum erit 64. cuius radix est 8.tanta igitur est lineæ ignotæ quantitas sin autem hæc nota, & illa ignota fuerit subducito itidem hoc quadratum ex quadrato lineæ subtensæ angulo recto residuum erit 36. cuius radix est 6. tanta igitur linea ignota est.

His tribus cognitis,quæ in superioribus tribus figuris exposuimus ipsam metiendi rationem iam nobis aggrediendum est.Sed illud primum animaduertendum est,quòd loca tribus modis inter se differunt,uel sola longitudine,uel solā latitudine,uel longitudine,& latitudine,ut in sequēti figura.E.H.&.F.L.& B.D.& G.M. Hæc autem figura nobis totum terrarum orbem ob oculos ponit.Huius autem polus arcticus est A.Antarcticus est B. in dextera est occidens,& in sinistra Oriens. Aequinoctiale uerò est ille circulus,qui duplici linea descriptus est. Differunt igitur latitudine puncta EF.EB.BG. & alia in eadem figura,ut patet longitudine uerò BD. FL. EH. longitudine & latitudine EL.GH. Ea n. loca differre longitudine dicunt,quæ sub eodem parallelo sunt, sed non sub eodē me-

FIGVRA RATIONEM METIENDI TRIANGVLVM RECTANGVLVM DEMONSTRANS.



Minuisti hominem paulo minus ab Angelis.
Psal. 8.

meridiano, ut ea differre latitudine ferant, quæ sub eodem meridiano non tamen sub eodem parallelo sunt. longitudine uerò & latitudine, quæ neq; sub eodem meridiano, neq; sub eodem parallelo sunt. His expo sitis, & duorum locorum distantias cognoscamus, prius eorum locorum longitudinem, & latitudinem discas oportet, quod ex tabulis, uel ex char tis Geographicis intelligi potest, in nostro etiam tertio libro multorum locorum longitudines, & latitudines habebis. Iam igitur ponamus nos scire uelle distantiam inter E. & F. & punctum F. esse ad latitudinem Grad. 10. & E. ad lat. Grad. 48. & uterque in eadem orbis parte, ut esse cernuntur, & sub eodem meridiano A.B.C. primum minorem latitudinem de maiori subducito, residuum est Gr. 38. qui graduum numerus cum sit in meridiano, qui circulus est æquinoctiali æqualis ut supra dictum est, gradus etiam æquales habeat necesse est. Cum autem quilibet gradus in omnibus circulis maioribus contineat milliaria 62. $\frac{1}{2}$ ut superius diximus si 38. Grad. quæ est differentia inter E. & F. multiplicaueris per 62. $\frac{1}{2}$. tibi dabit milliaria italica 2375. uel germanica 570. cum unus gradus complectatur Mill. 15. germanica. Hæc igitur est distantia intet E. & F. sin autem non erit uterque punctus in eadem orbis parte, sed alter habeat latitudinem borealem, alter australē, ut sunt pūcta F. & G. in eadem figura, tum ipsorum latitudines B.F. et B.G. simul iunctæ eo rundem locorum distantiam tibi dabunt, quantus scilicet arcus sit F. B. G. ponamus igitur G Habere Gra. 29. latitudinis, & F. Gr. 10. qui simul iuncti conficiunt 39. hos si multiplicaueris per 62. $\frac{1}{2}$ tibi dabunt milliaria italica 2437. $\frac{1}{2}$.

Cum uerò loca quarum distantiam scire desideras sub eodem paralle lo, non autem sub eodem meridiano fuerint, ut sunt loca E. & H. subdu cenda erit minor de maiori longitudine, & hæc differentia, quæ est arcus B. D. in æquinoctiali multiplicanda est per minuta uni gradui dati paralleli respondentia, quæ in tabula superius posita sunt, in hoc capite, & quilibet gradus per 62. $\frac{1}{2}$, & habebis milliaria, quæ inter E. & H. inter sunt, uel per milliaria, quæ pariter in superiori figura in hoc capite habētur. sed iam rem ipsam exemplis illustremus. Sit longitudo E. Gra. 25. & H. Grad. 47. ex quibus 25. subductis reliquum est Grad. 22. quibus multiplicatis per minuta 40.9^{m}. quæ in parallelo latitudinis Grad. 48. ut ponimus E. & H. esse conficiunt Grad. 14.43^{1}. 18^{m}. tot igitur gr. æquatoris intersunt inter E. & H. hos gradus si multiplicaueris per 62. $\frac{1}{2}$ habebis milliaria huius differentiæ. quod per regulam trium proportionum sic absoluitur.

Gradui

FIGVRA ORBEM TERRARVM PRAESEFERENS.



Cælum ſedes mea, terrā autem ſcabellum pedum meorum.
Iſa. 56.

si Gradui. 1. debentur milliaria 62: 30' quot debebūtur Gr. 14. 43'. 18''.

```
minuta  60
        60
2ª.   3600

        60
      3720
        30
minuta 3750

        60
       840
        43
minuta 883
        60
     52980
        18
secunda. 52998
         3750
         00000
        264990
       370986
      158994
     198742500

0
+0000
43+249
+98742500 ( 5520 | 6
36000000     6
36000000
   3666 Milliaria 920
   33
```

Milliaria igitur 920. relictis minutiis intersunt inter E. & H. Sin autem id facere uolueris per superiorem tabulam milliariorum, ut unico computo id facias, sic tibi peragendum est. uide quot minuta, & secunda respondent uni gradui in suorum locorum parallelo, illa multiplica cum tuorum locorum distantiæ gradibus, & milliaria patebunt. illud idem exemplum persequamur H. ab E. distat Grad. 22. ut dictum est, & cum sint in latitudine Grad. 48. uni gradui respondent in tabula Milliaria 41. 49'. sic igitur computum in ordinem redigas.

Gradui. 1. debentur mill. 41. 49'. quot debebuntur Grad. 22.

```
        60
      2460
        49
minuta  2509
        22
      5018
     5018
     5519 | 58
        6
milliaria 919
```

FIGVRA ORBEM TERRARVM PRAESEFERENS.



Confiteantur tibi populi Deus confiteantur tibi populi omnes. *Dauid.*

Quæ pene idem ſunt cum ſuperioribus.

Alia quoque ratione id facere poteris per ſinuum ſcilicet rectorum tabulas,quas in quarto libro habebis,ut illis non ſolum ad hanc rem,uerum etiam ad alia multa,ut poſtea dicemus ſtudioſi uti poſſint. illæ autē tabulę tres habent partes, primam infronte,ubi gradus ſunt, alteram in latere ſiniſtro,ubi minuta,& hæc,& illi,arcus alicuius partem nobis præbent. tertium in area, ubi ſunt ſinus recti illis gradibus,& minutis reſpōdentes. ut autem ſtudioſi non ſolum intelligant,uerum etiam ſuæ operationis rationem habeant, illud ſciendum eſt, quod quicumque maximorum circulorum,qui in ſphęra deſcribi poſſunt ad datum quemlibet ipſi parallelum eā obtinere rationem, quam ſinus totus habet ad ſinum complementi diſtantiæ eiuſdem paralleli ab ipſo circulo maximo: quod ut facilius intelligatur,illud ſit in exemplum; ſit circulus maximus, uel in ſuperiori,uel in ſequenti figura,qui alicuius loci meridianus ſit, ſemicirculus etiam P. Q.X. nobis æquatorem repreſentat, eidem æquidiſtat minor ſemicirculus Y.S.R. cuius centrum ſit K. & dimetiens R.K.Y. per centra etiam æquatoris,& Paralleli K.Z. tranſmittatur axis mundi in C.polum mundi, & ad rectos angulos R. K. V. ſectionis lineam in K. diuidat. Nam centra, & poli omnium parallelorum circulorum in eadē ſunt recta linea,ſicut ex corolario 22.propoſitionis lib.3. triangulorum Regiomontani manifeſte patet.conſtat igitur per definitionem eſſe ſinū maximum P. Z. ſiue quadrantis circuli,& R.K. eſſe ſinum rectum arcus R.A. qui eſt complementum diſtantiæ paralleli ab æquatore. Iam uerò dimetientes circulorum,uel quæ ex centris ducuntur lineæ eam inter ſe cuſtodiunt rationem,quam ipſorum circuli inter ſe habent.

Aequinoctialis igitur P.Q.X. ad parallelum R.S.Y. eā habet rationem, quam recta P.Z. ad rectam R.K. eaſdem etiam rationes ſimilia ſegmenta circulorum nimirum gradus ad gradus,minutum ad minutum, ſecūdum ad ſecundum,& eadem ratione in cæteris ſcrupulis. Ex his autem quatuor quantitatibus tres notæ ſunt; ſinus totus P.Z. ſinus complementi diſtantiæ Paralleli ab æquatore R.K.& circulus eiuſdem æquatoris. Quare ex proportionum regula quarta quantitas innoteſcet. conſtituamus exempli gratia diſtantiam paralleli R.S.Y. ab æquatore Grad.10. & propoſitum ſit inueſtigare quantitatem circunferentiæ R. S. quam habet ratione P.Q.complementum Grad.10.qui interſunt inter S.& Q. eſt 80. cuius ſinus rectus in tabula ſinuum eſt 59088. ducitur in Grad.90.qui ſunt æquatoris quarta P. Q. & exurgunt 5312920. hic autem numerus diſtribuatur in ſinum totum, qui in hoc libro eſt

60000.

60000. restituit grad.88.$\frac{1}{4}$. cuius rationis hic ordo est.

A.Q. debetur Q.S. quid debebitur A.S.

60000 G.90 59088
90

000000
531792

531|7920
partire per 6

88|37920
fiunt grad. 60000

Arcus igitur S.R. est Gra.88. 36'.& paulo plus. Hac igitur ratione scire possumus, tum quot gradus tum quot milliaria intersint inter punctũ L. & F. & sit longitudo L.Grad.25.& F. 47.& minore de maiore longitudine subducta sit differentia Grad. 22. cum autem illorum latitudo sit, 10. eius complementum erit 80. cuius numeri sinus rectus est. 59088. multiplicandus igitur hic numerus per differentiam duorum locorum L. & F. & qui numerus consurgit diuidendus in sinum totum 60000 hoc modo

A.B. B.D. A.F.

si 60000 debetur Grad.22.quot debebuntur.59088
22

118176
118176

1297936

Grad. 21|39936
60000

Gradus igitur 21.$\frac{2}{3}$ æquinoctiales intersunt inter puncta F.L. qui gradus, si per 62.$\frac{1}{2}$. milliaria italica multiplicaueris eiusdem differentiæ milliaria habebis milliaria 1355.10'. Alia quoque ratione idem efficere poteris ad eandem ueritatem cognoscendam, si complementi tuorum locorum sinus duxeris in semisem sinus differentiæ, & numerum consurgentem partitus fueris per totum sinum restitues sinum dimidiæ distantiæ hoc modo.

si

A.B. B.D. A.F.

si 60000.debetur sinus dimidię distãtiæ 11448.qui debebitur. 59088

```
                11448
                ------
                522704
               236352
              236352
              59088
             59088
             ---------
             676481 9424
partire per  6
             ---------
             11274  49424
                    60000
```

Cum hoc autem numero ingredere tabulas sinum,& habebis grad. 10. 50'. quibus duplatis efficit Grad. 21.40'. quòd cum superiori ratione cõ uenit, quæ si multiplicaueris per 62. ½ habebis milliaria distantiæ inter E. L.

Sin forte uterque locus fuerit sub æquinoctiali linea,ut duo puncta B. D. satis erit gradus distantiæ numerare,& per 62' ½ multiplicare. quod faciendum esse superius diximus,& in iis locis,quæ latitudine tantum differunt.

Sin autem erit aliquis,qui geographicas chartas habeat cum suis gradibus distinctas,poteris circino quorũcũq; locorum distãtias capere,& eadem circini apertura uidere, quot gradus æquinoctiales idem circinus contineat,& eos gradus per 62. ½ multiplicare , & superius sæpius diximus.

Cum autem loca,cuius distantiam scire cupis, longitudine, & latitudine differunt. Id autem altero duorum modorum contingit. Nam uel sunt in eadem orbis parte,uel in diuersa , hoc est , uel uterque locus est boreus, uel australis , uel alter australis alter boreus , cum igitur in eadem orbis parte sunt, ut est punctus E.L.sic agendum est. Subducas rectam H.E. ex L F. & remanentis differentiæ semissem iterum ex tota L. F. tollas,hinc tibi basis orthogonij triãguli E.N.L. consurget. Præterea S inuentæ differentiæ semissem. quadratè multiplicaueris, & productũ ex quadrato E.F. chordæ subtraxeris remanebit quadratum E. N. catheti,ex quo radix E.N facile innotescet, per illam regulam,quam superius in tertia figura huius capitis tradidimus. Iam igitur in orthogonio triãgulo

gulo F.N.L. nota sunt duo latera E.N.N.L. quare per regulam superius traditam, quæ est 47. primi elementorum, latus F.L. non latebit. tandem ex sinuum tabulis segmentum distantiæ locorum E.L. non latebit. Quod ut apertius, & planius intelligatur; ponamus Venetias in E. cuius latitudo est Grad. 45. & longitudo 32. 30'. & calecutum indiæ in L. cuius latitudo est Grad. 5. & longitudo Grad 112. differentia longitudinis est Grad. 79. 30'. quam in ęquatore subtendit chorda B.D. differentia latitudinis utriusque E.F. & H.L. est Gra. 40. cuius semissis est Gr. 20. & sinus est 20521. qui duplicatus constituit chordam E.F. aut H.L. 41042. His ita constitutis deueniendum est ad inuestigationem chordarum H.E. & F.L. semissis differentię longitudinum est Grad. 39. 45'. cuius sinus est 38366. complementum latitudinis Venetiarum est Gr. 45. cuius sinus est 42426. qui multiplicatus in præcedentem constituit, ut infra.

sinus complementi 42426.
sinus dimi. diff. longit. 38366

254556
254556
127278
339608
127278

1627911|5919

partire per totun sinum sic 6 | 1

271311|55916

60000

Et cum possis paruo cum errore minutias omnes omittere, & addere unitatem sinus productus erit 27132. qui numerus tibi dat dimidium chordæ E.H. & est tota corda 54262. cōplemētum uerò calecuti, quod est ad latitudinem Grad. 5. est 85. & sinus rectus est 59771. qui multiplicetur etiam in sinum semissis differentiæ longitudinum hoc modo.

sinus complementi calecuti 59771.
sinus semissis dift. longitudinum 38336

358626
179313
179313
478168
179313

229136| 1056

partire per totum sinum sic 6

381891|1056

60000

Hic numerus restituit semissem chordæ F.L. tota ergo est 76378. si nunc subduxeris rectam E.H. cuius sinus est 54262. ex recta F.L. cuius sinus est 76378. remanebit differentia, ut infra cernitur.

Chorda F.L. 76378
Chorda E.H. 54262
22116
partire per 2
11058

Hic numerus si fuerit additus chordæ E.H. uel subtractus ex corda F.L. produces ipsam N.L. Hoc modo

Chorda F.L.	76378	Chorda F.H.	54262
subducas	11058	Addas	11058
Chorda N.L.	65320	Chorda N.L.	65320

sin autem differentiam longitudinum diuiseris per 2. tibi dabit lineam E.N: 5529. cuius quadratum est ut infra patet.

5529
5529
49761
11058
27645
27645
Quadratum lineæ F.N. 30569841

Hoc autem quadratum subducendum est ex quadrato E.F. ut habeas F.N. cuius sinus est, ut superius diximus

41042
41042
82084
164168
000000
41042
164168
1684445684 Quadratum E.F.
30569841 Quadratum E.N.
1653875843 Quadratum F.N.

Quadratum uero N.L. cui adiungendum est quadratum E.N. ut habeas quadratum E.L. quod quærimus, est ut infra.

sinus

FIGVRA ORBEM TERRARVM PRAESEFERENS.



Qui creauit terminos terrę non deficiet. Isa. 40.

Sinus recti N.L. 65320
65320

000000
130640
195960
326600
376920

Quadratum N.L. 4116702400
Quadratum E.N. addendum 1653875843

Quadratum E.L. 5770578243

Huius uerò quadrati si radicem extraxeris habebis numerum, cuius semissis tibi dabit in tabula sinuum dimidiũ distantiæ inter Venetias, & calecutum indiæ. radicem igitur extrahamus hoc modo, uel alio

0004
0432 58
459662 7
3407068 4
08757760467
5770578243

7 5 9 6 4 radix lineæ E. L. cuius

45018 92
5554
4

semissis est 37982 & arcus Grad. 39.17.
huius duplum est Grad 78.34.

Hos gradus multiplices per 62. 30. habebis milliaria italica inter E.L.

sic fiat multiplicatio Grad. 78|34
milliaria 62|½

156 | 17
4689 |
31 |
31 |

Tot milliaria intersunt inter F.L. 4906 | 17

Alia quoque ratione id facere poteris per superiores tabulas tam gra-
duum

duum, quàm milliariorum: prius differentiam tam longitudinis, quàm latitudinis inuenias oportet, quam ponamus superiorem esse. Venetia rum, & calecuti indiæ. Posuimus.n. Venetias in E. superioris figuræ ad latitudinem Grad. 45. & longitudinem Grad. 32. 30ⁱ. & calecutum in L. ad lat. Grad. 5. & longitudinem Grad. 112. differentia igitur lat. est gra. 40. & differentia longitudinis est Grad. 79. 30ⁱ. describatur figura trapezij quadranguli, ex cuius dimetiente utriusque loci distantiam inueniamus E.H.F.L. Si fueris imaginatus adesse rectam lineam, uel chordam ab H. in L. quę in figura deest, segmentum differentię longitudinum in veneto parallelo sit E.H. cui simile est segmentum paralleli calecuti F.L. E.F. & H.L. sunt æqualia segmenta, quæ comprehendunt differentiam latitudinum, quæ est uti diximus Grad 40. Hi gradus longitudinus in gradus æquatoris prius tibi conuertendi sunt hoc modo inquire Venetiarum latitudinem in tabula conuersionis graduum extra æquinoctialem circulum in gradus æquatoris, quæ est Grad. 45. ubi inuenies minuta 42. 26ⁱⁱ. responderc uni gradui. hæc multiplicato cum gradus differentiæ longitudinis, qui sunt (ut dictum est) Grad. 79. 30. constituunt, ut infra.

G	M	2ª.	3ª.
79	30		
	42	26	
		13	0
		26	
	7	55	
	26	0	
42	0		
13	18		
55	52	34	0

Hæc igitur distantia inter E. & H. & in gradus æquatoris conuersa est: quod ipsum faciendum est, & in distantia, quæ est inter F.L. hoc modo: latitudo calecuti, quod in L. posuimus est Grad. 5. qui latitudinis gradus dant M. 59ⁱ. 46ⁱⁱ. gradus igitur distantiæ F.L. qui sunt 79. 30ⁱ. multiplicandi

plicandi ſunt per minuta 59. 46ii. quæ multiplicatio ſit hoc modo per tabulam ſexageneriam.

G	M	2a.	3a.
79	30		
	59	46	
		23	0
	14	34	
	46		
	24	30	
18	41		
59	0		
79	6	27	0

Cum autem hæc duo latera inæqualia ſint neceſſarium fuit eorum dimetientem lineam inuenire,& ad æqualitatem redigere, ut quadrangulum rectangulum conſtituamus,hoc autem fit hoc modo.

Subducta recta E.H.ex F.L.remanentis differentiæ ſemiſſem adiicies E.H.uel ſubtrahes ex F.L. Hinc habebis adæquatam E.H.ipſo F.L.

Recta F.L. Grad.79:6i:27ii.
Recta F.H 55:52:34

Differentia 23:13:53

Differ.ſemiſſis 11:36:56

Recta F.L. Grad.79:6i:26ii: | Recta E.H.Grad.55:52i:34ii.
ſemiſſis ſimbducta 11:36.56 | ſemiſſis diff.addenda 11:36i.56ii.
67:29:30 Grad.67:29i.30ii.

Iam igitur quadrangulum rectangulum conſtituimus, & illius quantitatem cognouimus. Tandem ex hoc æquato latere, & ex differentia latitudinum,quæ eſt Grad.40.(ut dictum eſt) per penultimam primi elementorum inuenies dimetientem E.L. hoc modo. Latus æquatum faciamus eſſe Grad. 67. omiſſis minutis,& ſecundis, hi multiplicentur

in

in ſe ipſos, hoc modo. Grad. 67
67
469
402
4489

quadratum lineę longit, uel lateris æquati.

Gradus quoque differentiæ latitudinum eodem modo in ſeipſos multiplicetur qui ſunt Grad.

40
40
00
160
1600

Quadratum diff. latitudinum 1600
Quadratum lateris æquati 4498

Summa horum duorum laterum 6089

Huius autem numeri radix eſt diſtantia inter E.& L. extrahatur igitur radix hoc modo.

1
2
045
44φ6
6φ85
7 7
14

Quod conuenit cum ſuperiori rõtinationè licet ſuperior oſtendat Gra. 78.34'. hic enim minuta,& ſecunda omiſimus, & in extrahenda radice præter integros gradus ſuperſunt 156. quiſque igitur illam rationem complectatur, quæ ſibi facilior uidetur.

Sin autem id efficere uolueris per tabulam milliariorum eadem ratione tibi agendum eſt, ſcilicet pro tabulã graduum tibi utendum eſt tabula milliariorum hoc modo. Inquire primum milliaria inter E. & H. hoc modo ingredere tabulam milliariorum cũ latitudine Venetiarum, quã in puncto E. poſuimus ad Lat. grad. 45. & in illo parallelo habebis Milliaria 44.11'. reſpondentia uni grad. in eo parallelo, quæ cum gradibus diſtantiæ inter E.& H. multiplicanda ſunt, quæ eſt, ut ſæpius dictum eſt Grad 79.30. hoc modo.

G.	M.	2².
79	30	
44	11	
	5	30
3	29	
11		
22	0	
316		
316		
3512	34	30

Idem facias oportet in linea F.L. cuius latitudo eſt Grad. 5. in quo paral lelo gr adus continet milliaria 62. 15'. ſic igitur ea cum longitudine mul plices.

P	1	11
79	30	
62	15	
	7	5
4	45	
15	0	
31	0	
158		
474		
4948	52	5

linea E.L.	4948	52	
ſemiſſ. diff.	723	9	
latus æquatum	4225	43	

Debes deinde minorem numerum de maiore ſubducere, & dimidium differentiæ, uel minori addere, uel a maiore ſubducere, ut dimetiente æquatam lineam habeas hoc modo.

linea E.L.	4948.	52'.	5''.
linea E. H.	3502.	34'.	30''.
differentia	1446	17	35
ſemiſſ. diff.	723	8	47
linea E.H.	3502	34	30
ſemiſſ. diff.	723	8	47
latus æquatum	4225	43	17

Tum poſtea uidere debes, quot milliaria 40. Grad. latitudinis differentiæ contineat, qui gradus cum ſint in meridiano ſunt in maximo circulo ergo æquales gradibus æquinoctialis, ergo continet quilibet eorum Grad. 62. ½. ſic igitur in milliaria conuertantur.

Grad. 40
62. ½.

80
2400
2
2500

Iam igitur trianguli orthogonij habes duo latera nota quorum quadrata per penultimam primi elementorum

ſunt

ſunt æqualia quadrato, eius E.L. cuius radix dabit milliaria, quæ diſtant inter E.& L. Iam igitur horum laterum quadrata conſtituamus latus F.L. æquatum linea E.F.

```
  2500                    4225
  2500                    4225
 ------                  ------
     0000                21125
    0000                  8450
  12500                  8456
  5000                  16900
 -------                -------
Quad..E.F.6250000 Quadr.E.L.17850625
                  Quadr.E.F. 6250000
                  ----------------
                  Quadr.E.L.24100625
  00023
 08999444
 24+0625      4904
 --------
  4909
 --------
  8988 0
     9
```

milliaria interſunt inter Venetias,& Calicut indie, quod conuenit pene cum illa ratione, quam ex tabulis ſinuum collegimus, ſed cum in ijs rationibus minuta,& ſecunda,omiſeri mus minime mirum eſt, ſi quid inter hanc, & alias rationes differat, qd̃ tamen penitus parum eſt. Ex his o bus rationibus potes & tu colligere, qua ratione ceterorum locorum diſtantias metiaris: his enim rationibus ad tua uota peruenire poteris, ſi illud prius animaduerteris, quòd cum uterque locus non in eadem orbis parte ſunt, quod non minor latitudo ſubducenda eſt ex maiore, ſed utraque ſimul iungenda eſt,ut ſi ſcire uelles, quot milliaria interſint inter H. & G. ſi poſuerimus G.ad latit quæ gra. 30.& H.ad lat Gra. 45 ſimul utrunque iunge q̃ confi ciunt Grad.75. cetera uerò facito,ut docuimus. illud etiam non eſt ſilẽ tio prætermittendum,quòd cum duo loca amplius, quàm dimidium circulum, diſtant,ut putà Grad. 200. tunc illa diſtantia ſubducenda eſt ex toto circulo,& reſiduo utendum eſt pro differentia longitudinum, quare ſubducas Grad. 200.ex 360. reſidunm eſt 160. & hæc eſt differen tia illorum locorum. ſi quis in hac re ſphæra ſolida uſus fuerit, hanc ueritatem facilè perſpiciet. Hæc ſatis de hac re, & fortaſſe nimis multa; licet non omnia dicta ſint, quæ in hanc ſententiam dici poſſent

cum aliis quoque rationibus utantur periti homines ad hanc uel iratē cognoscendam, illud etiam studiosum lectorē admonitum uolo qd h. c ratio ualet etiam ad cognoscendum, quot gradus inter stellam & stellā intersint, ut in quinto libro docturi sumus.

DE DIERVM, ET NOCTIVM DIVERSITATE, AC quantitate omni terrarum orbis loco. Cap. XI.

DE dierum, ac noctium diuersitate mihi locuturo multa dicenda essent, ut aliorum sententias, & questiones aperirem, sed cum illud mihi proposuerim (ut dixi) in hoc tractatu, ut poticus hanc doctrinam per lineas, quàm per rationes traderē, ob id & hanc rem paucis uerbis exponam. Quotuplex igitur primum dies sit mihi exponendum censeo. Primum genus est illud temporis spacium, quod fugit, dum Sol occidens pro totam noctem, & per sequens tempus mouetur primi mobilis motu, quoad iterum ad eundem occidētem peruenit unde digressus est, quod 24. horarum spacio fieri contingit: hic autem dies, & hoc temporis spacium dies naturalis a Ioanne de sacro busco, & ab omnibus eius sectatoribus, & theologis etiā nominatur, a nonnullis dies ciuilis dicitur, & omnes suas adducunt rationes, sed cum omnis questio de nomine futilis sit, teste Arist. quisque eam sequatur uiam, quę sibi magis arridet. Nō. n. multum interesse existimo modo intelligatur, quod dicitur, aut scribitur. Hi dies igitur, uel ciuiles, uel naturales interse inęquales sunt: sed cū hęc inęqualitas parua sit omnino, ut in ephemeridibus traditur, de hac inęqualitate nihil prętera dicturi sumus. Aliud dierum genus est, dum. s. Sol ab oriente in occidentem tendit, qui dies a sacro busco artificialis dicitur, ab alijs naturalis appellatur; nox uero illud temporis spacium dum. s. Sol sub terram ab occidēte in orientem tendit. Hi dies & hęs noctes inter se inęquales sunt ita, ut nō solum eodem loco sint per sex menses inæquales semper, sed si conferantur cum diebus alterius loci aliam etiam sortiantur inæqualitatem, ut in sequēti figura facile patet iis, quibus illius usus nō latebit, quod ne te fugiat candide lector illius usum nunc accipe. sed prius illius partes declarentur, ut facilius usus intelligatur. sequens figura duplex est, alia immobilis, alia mobilis est, sed prius de immobili. hæc duas partes habet, alia in limbo, alia in area est. quæ in limbo distributa est in 360. partes seu gradus, ut omnis circulus in sphæra distribuitur, sed ita, ut in quatuor prius partes distribuatur, & graduum numerus incipiat ab æquinoctiali circulo, & desinat in polis numerus nonaginta, & per hos gradus locorum latitu-

titudo dignoſcatur,& illius loci dierum,& noctium diuerſitates: res ipſa per ſe in figura ſatis nota eſt,quæ uerò pars in area eſt duplici genere linearum conſtat. aliæ enim rectæ,aliæ obliquæ ſunt. lineæ rectæ indicant illos circulos,uel illas lineas,quæ a ſole motu primi mobilis deſcribuntur decimoquinto quoque die,ut,quæ linea uerſus polum arcticum ultima eſt ſit tropicus cancri, quæ uerò uerſus polum antarcticum tropicus eſt,quæ ab iis duabus æquè intermedia eſt,& totum circulum in duas æquales partes diuidit,ſit æquinoctiale,reliquæ uerò partes reliquis temporibus reſpõdeant. Quo uerò anni tempore id accidat,infra dicemus. Lineæ uerò,quæ in arcum flexæ ſunt,indicant illud cæli ſpacium, quod Sol unius horæ ſpacio percurrit,dum ſcilicet ab alia linea ad aliam ſibi uiciniorem percurrit,unius horę ſpatium elabitur,& ita ab hac in aliam, & ad ceteras eodẽ modo. Alia rotula mobilis eſt,& ſuper hac infixa,quæ ſic ſe habet,ut duas præcipuas partes habeat, quarum prima dimidium circuli ſit,& linea recta,quæ eſt huius dimidii circuli extrema eſt, nobis Horizontem ob oculos ponit, quæ uerò pars hoc ſemicirculo tegitur æmiſphærium inferius,quæ uerò pars ſupra horizontem eſt, ſuperius æmiſphærium nobis indicat, illa uerò ſingula, quæ ab horizonte pendet, & proficiſcitur extrema ſua parte zenith capitum, & locorum in limbo immobilis rotulæ indicat,ac notat. Reliquũ eſt, ut uideamus quonamodo his rotulis ubique terrarum dierum,ac noctium quantitatem, ac diuerſitatem deprehendamus,quod quidem hoc modo fit.

Quotieſcunque alicuius loci dierum, & noctium quantitatem ſcire uis,illius loci latitudinem te ſcire prius oportet. (loci autem latitudo eſt loci diſtantia ab æquinoctiali linea uerſus polos:) hanc autem inuenies in tertio huius operis libro,ubi tabulę ortus Solis poſitæ ſunt: horum autem graduum numerum,qui tui loci latitudinem tibi ſignificant, in limbo ſuperioris figuræ perquiras uelim,& ſuper eo colloces illam lingulã, quam zenith loci oſtendere dixi,quæ ſcilicet ab illo ſemicirculo mobili pendet,qua ita collocata,& firmata aliqua ratione. lineæ rectæ, quæ ſuper Horizontem ſunt ſemiarcus Solis diurnos tibi oſtendent totius anni,& lineę,quæ in arcum tendunt,horas oſtendunt, quæ uerò ſub ſemicirculo ſunt rectæ noctis ſemiarcus,& horas totius anni declarant. Hoc exemplis apertius fiet: Dierum,& noctium quantitatem totius anni inclytæ Venetiarum urbis ſcire uolo. cuius latitudo graduum 45. eſt: lingulam igitur uerſus polum arcticum ſuper grad. 45. colloco,idq; uel in dextera,uel in ſiniſtra parte quod idẽ eſt & ſtatim ſemiarcus diurni,& nocturni mihi ob oculos apparent. & ita horæ numero. cum Sol initio cancri eſt: linea recta tropici cancri utor, & quolibet ſpacium inter duas li-

ræ unius ſpacium mihi oſtendit: incipiendum igitur eſt a parte dextera, & numeranda ſpacia uſque ad horizontem lineam, quæ inſcripta eſt in ſemicirculo mobili, quæ pene octo ſunt. hoc autem ſpacium duplicandum eſt, & hæc ſumma maioris diei longitudinem tibi ſignificabit, nempe pene ſexdecim horas: minuta n. hic exquiſitæ cognoſci non poſſunt, quod uerò reliquum eſt ab hac ſumma uſque ad 24. horas, eſt eiuſdem diei naturalis noctis quantitas. ſ. 8. horas & nonnulla minuta p̃terea. ſi minoris dici quantitatem ſcire uis utere linea tropici ♑ eodem modo, & eris uoti compos, ſi ceterarum anni partium utere intermediis lineis, ſed cum ſingulorum dierum lineæ non adſint oculorum iudicium adhibe. rem enim ipſam tibi aperient, ſed cũ in his lineis non dies ſed Zodiaci ſigna tantum inſcripta ſint, qui ſignorum gradus, quibus menſis diebus reſpondeant, id in figura prima libri tertii habebis. ſed aliud addamus exẽplũ. ſcire uolo dierũ, & noctiũ quãtitatẽ Lõdini Angliæ, primũ in tabula ciuitatũ in 3. lib. eius latitudinẽ inuenio eſſe Gra. 52. ½ ſub eo gradu colloco lingulã, & uideo maiorẽ diẽ, i. cũ ſol eſt in primo gr. 69. eſſe H. 17. & minorẽ, eſſe horarũ 7. ut illi⁹ nox eſt horas 7. ut huius eſt horarũ 17 poſito n. ſuo loco Zenith, & ita firmato numero ſpatia, quę ſunt inter Horizontẽ, & limbũ figurę, ubi inſcripti ſunt, & uideo eſſe 8. ½ quę duplicata cõficunt 17. in breuiori uerò die tria tantũ ſpacia cũ dimidio eſt, quæ duplicata cõficiunt H. 7. Hic aũt ſciendũ eſt, quòd ijs locis, quæ ſunt inter æquatorem, & circulos polares habent dies 365. quolibet anno, ſed cum locus eſt inter polos, & circulos polares nullus annus habet tot dies, ſed cũ diſcedis a circulis polaribus ſtatim pauciores dies habet annus, & quò magis ab ijdem circulis diſcedis eò pauciores dies annus continet, & cum ad polum eſt unicus dies, & unica nox unius anni ſit. id autem fit notum in ſuperiori figura. Nam ſi lingulam poſueris ſuper polum arcticum videbis lineas, quę a Sole deſcribuntur dum in ♈, ♉, ♊, ♋. ♌. ♍. uerſatur, omnes ſupra Horizontem eſſe, ex quo fit, ut per ſex menſes illic habitantes, ſi qui ſunt, Solem uideant, ob id per illud tempus diẽ habeãt, dum uerò in ♎, ♏, ♑, ♒, ♓, ♑, eſt noctem habeant, quod lineæ, q̃ a Sole eo tẽpore deſcribũtur ſub Horizõte ſint. Sin aũt poſueris lingulã. ſup G. 70. uidebis ſupra Horizõte eſſe lineas deſcriptas a Sole dũ uerſatur in ♊, & in ♋. p illos igitur duos mẽſes Sol ſup terrã eſt: igitur illic habitãtibus dies eſt, dũ uerò eſt in ♑, & ♑, ſemper nox eſt. idẽ facito in ſingulis gradib⁹ exiſtẽtib⁹ ĩter circulos polares, & ſuos polos, & dierũ anni numerũ habebis. Nã ſi illud ſpaciũ tẽporis, quo ſol ſup terrã, et ſub terra eſt ſubduxeris ex diebus 365. eris voti cõpos ad latitudinẽ g. 70. cũ p duos mẽſes ſit ſẽper ſupra terrã, & p duos mẽſes ſub terra, ſi nu. dierũ

horum

FIGVRA DIVERSITATEM, ET QVANTITATEM DIERVM, AC NOCTIVM VBIQVE OSTENDENS.



Benedicite noctes, & dies Domino. Cant. Puerorum.

horum quatuor menſium ſubduxeris ex 365. reliquum erit 245. qui tamen eam rationem interſe habent, ut poſt hunc diem duorum menſium ſequatur unus 24. horarum & poſt hunc alium minorem & ita deinceps quod tandem perueniant ad illum diem, quo tantos uideant ſolis parte, qua uiſa ſtatum occultatur, & deinde ſequatur nox per duos menſes hoc facile in figura cerni poteſt unà cum iis, quæ in ceteris latitudinibus accidunt, in quibus pauciores dies contingunt, quam 365. Hæc facilius poſſunt ſtudioſi ex figura conſequi, quàm ſcribentes litteris explicare. figuram igitur ſæpe contemplentur, qui hanc ueritatem aſſequi ſtudent.

DE MARIS FLVXV, ATQ; REFLVXV, ET QVOT horis ſingulis diebus fluat, atq; refluat. Cap. XII.

COgnita dierum, & noctium quantitate ubique locorum, de fluxu, atque refluxu maris mihi agendum cenſeo, in quo duo mihi potiſſimum conſideranda ſunt, cauſa, & tempus, quæ res cum diligentiſſime, & prudentiſſime, a Friderico Chriſogono medico, & Philoſopho celeberrimo, & quod in hac re caput eſt Aſtrologo, ſcripta ſit, cã in hunc librũ trãsferre uolui, idque totidẽ uerbis, nequid ſit, quod ab illius ſnia diſcordet. Hæc illius uerba sũt Prima cõcluſio. Sol, & Luna ſic maris tumorẽ ad ſe cõtrahũt. q̃ ſub ipſis perpendiculariter eſt maximus tumor maris, qui quidẽ tumor fluxus maris dicitur, & aquarũ crementum, & ſimiliter diametrialiter in parte oppoſita, quæ nadir dicitur, eſt eadem, uel conſimilis eleuatio, uel tumor maris maximus, ergo duo maximi tumores ſunt ſemper, & uniformiter: alter ſcilicet ſub luminaribus & alter in parte oppoſita, quæ nadir luminarium eſt uocata, quæ oppoſitionem ſignificat ſecundum aſtronomos.

Secunda concluſio. Sicut Luna eſt uelut centrum illius tumoris, & eius nadir eſt aliud centrum, ſub quibus eſt maxima eleuatio maris, quæ diuideret totum mare uelut in duo emiſphæria, ſic quod luna erit ſemper centrum, unius emiſphærij, & alterius emiſphærii erit centrum ipsũ nadir lunæ: in Horizonte autem medio iſtorum duorum centrorum oppoſitorum eſt ſemper maxima depreſſio & decrementum aquarum, uel refluxus maris. Qui quidem Horizon ſemper, & uniformiter diſtat ab utroque centro circulariter per grad. 90. eodem modo eſt imaginãdum atque dicendum de figura eleuationis, & depreſſionis maris ſub centro ſolis, & nadir eius, & in Horizonte medio ſcilicet inter utrunque centrum de-

trum de pressio maris, uel eius fluxus, & aquarum decrementum.

Tertia conclusio. sicut sphæra maris in plano depingi non potest, sic neque eius profunditas uideri potest. Sed si tota sphæra solida maris in duo diuideretur per duo centra: statim certè apparebunt quatuor figuræ, quasi lunares profundæ in medio scilicet quælibet illarum in centro proprio, & quia sunt quatuor: centra, ideo erunt etiam quatuor profunditates maris semper uniformes: quarum duę erunt a Luna causatę, & eius nadir, aliæ uerò duę a Sole, scilicet, & eius nadir, & omnes prædictæ figuræ a dictis centris sunt ęqualiter terminantes in cuspidem, uel quandam piramidem: cum quibus cuspidibus ad inuicem se contangunt, quatuor scilicet piramides orbis Lunæ in Horizonte coeuntis, scilicet E. & F. & aliæ quatuor ipsius solis in Horizonte L. & M. Quæ quidem duæ figuræ solis, & lunæ ambæ diuidentur in 28. partes æquales: sic quòd ab Horizonte orientali, scilicet a puncto F. usque ad centrum Lunæ sint septem partes, & est prima quarta: similiter & secunda quarta ab Horizonte sinistro. s. a puncto F. diuidatur in alias septem partes, & similiter duæ reliquæ quartę ipsius nadir diuidantur & Solis figura maris in alias 28. partes æquales, ut in figura descripta diuisæ sunt. Quas quidem partes totius figuræ signabimus cum litteris more mathematico, ut facilius demonstrare ualeamus ea, quę intendimus docere: sit ergo centrum Hemisphęrij tumoris maris eleuati ab ipsa luna cẽtrum, & centrum nadir eius nadir Horizon communis, in quo terminant quatuor cuspides utriusq; hemisphærii E. s. sit & centrum solis Sol, nadir eius Horizon communis L. M. signentur etiam quatuor partes mundi immobiles: ad quas mensurabuntur omnes fluxus, & refluxus maris mobiles (motus enim per aliquod immobile agnoscitur) sit ortus N. meridies P. occasus Q. cuspis terræ, & septentrio R.

Quarta conclusio. Istæ autem eleuationes maris factæ sub forma lunari sunt, maxima perfunditas in quatuor centris: in quibus tumor maris erit graduum. 7. in partibus autem proximis dextris, & sinistris erunt. 6. in tertia uerò parte similiter dextra, & sinistra quinque postea 4. postea 3. postea duo, & unum ultimo terminabitur ille tunior maris ad nõ gradum tumoris. s. o. quod o. ponitur in utroque Horizonte medio, uel cõmuni. quod autem dicitur de orbe Lunæ, idem dicatur etiam de orbe Solis.

Quinta cõclusio, quod istę attractiones maris sunt factæ a Sole sicut, & a Luna, & fit utrunque diuisim pro dimidia parte tumoris, & pro alia dimidia parte tumoris ad se attraxerunt nadir, & ipsum sic attractum sẽper, & uniformiter sibi seruant, quod manifesta, & necessaria ratione sen

sata

ſata probatur. Quoniam ponatur linea ſub ipſo ſole coniuncta in eadẽ linea,& ponantur in P.meridie: dico,quòd tum mare apud illos, quorũ Sol eſt in meridie erit in maximo fluxu. Ponatur etiam eadem luminaria in R. cuſpide terræ.ſ. in media nocte,mare iterum erit in ſimili maxima eleuatione, ſicut quando erat in P. meridie. Ergo maxima eleuatio, & maris tumor eſt ſub ipſis luminaribus,& nadir eorum, ſicut in figura patet. Probatur etiam inductiue in totali reuolutione diei naturalis,in qua uariantur omnes differentiæ fluxus,& refluxus maris.In nulla enim alia hora inuentus eſt apud meridiem maior tumor,quàm luminaribus exiſtentibus in meridie,vel eiſdem exiſtentibus in cuſpide terræ, quando ſcilicet nadir ipſorum luminarium eſt in meridie, & hoc eſt ſemper, & uniformiter,ergo ſemper uniformiter maris tumor eſt maximus ſub centris luminarium,& nadir ipſorum.

Sexta concluſio. Ponantur etiam luminaria in N. parte orientali: dico,quòd ſemper,& uniformiter mare erit in P.meridie in maximo refluxu,& depreſſione ſicut,& ipſis exiſtentibus in Q. parte occidentali, mare erit iterum in P. meridie in maximo fluxu, ſicut quando erant in N. parte, ſcilicet orientali. Ergo a quatuor punctis, uel quatuor centris, ubi ſunt maximi fluxus ad 90. graduum diſtantias dexteras, ſcilicet & ſiniſtras ſunt maximæ depreſſiones,& refluxus maris,& a maximo refluxu ad maximum fluxum,& crementum ſemper mare per æquales proportiones augendo fluit.Quod probatur ſuppoſito,quòd ab ortu ad meridiem ſunt gradus 90. & a meridie in Q. occaſum gradus 90. & ſic omnes quartæ conſtant ex gradibus 90. Tunc arguo Sole,& Luna exiſtentibus in N. ortu maximus refluxus eſt in P. meridie, & eiſdem ſimiliter exiſtentibus in Q. occaſu iterum in meridie eſt mare in maximo refluxu. Probatur, quoniam in tota reuolutione diei naturalis bis mare eſt in maximo refluxu,ſed luminaribus exiſtentibus in ortu, & in occaſu tantum: mare in meridie eſt in maximo refluxu,qui meridies diſtat ab ortu per gradus 90. & ab occaſu per gradus 90. ergo a maximo fluxu maris ad maximum refluxum, ſcilicet dexterum, & ſiniſtrum ſunt gradus 90. Ergo tota figura tumoris maris eſt uera, quæ lunarem formam ſibi uendicauit. Quod quidem manifeſtum erit. ſi mare ſub æquinoctio in duas partes diuidatur,& in plano ponatur,ut nos poſuimus. Sed ſi quis ſpeculatiuus ſpeculatus fuerit quomodo mare in propria forma ſe habet inueniet certe ſicut,duo hemiſphæria mobilia ad motum luminarium diuiſa in duos tumores contra ſe poſitos. Quia vnus tumor eſt ſub luminaribus, & alter ſub nadir ipſorum, qui diametraliter eis opponitur:qui tumores cum ſint ſemper ſub ipſis luminaribus,& ſub nadir ipſorum,ſẽper

per ergo mouebuntur dicti tumores insequentes dicta luminaria tamquam proprias causas illorũ tumorũ. Pari rõne erit ẽt maxima depressio semper in Horizonte, qui distat a dictis duobus tumoribus oppositis circulariter per gra. 90. sed pro minus speculatiuis, qui nesciunt abstrahere a sẽsatis p̃sentibus necesse fuit ponere has figuras in plano, quæ formam maris qualis est in se aliqualiter representat, quæ duo hemisphęria mouentur ad motum Lunæ: alia duo mouentur ad motum Solis sẽper, & uniformiter, quamuis hæc quatuor hemisphæria fiant duo quando Sol, & Luna sunt coniuncti, uel oppositi. In aliis autem horis sunt diuisa, & tunc uidebuntur esse quatuor: hęmisphæria: duo scilicet respectu Solis, & duo respectu Lunę, sicut in figura clarè apparet, per quam bene intellectam omnia accidentia maris indubiè verificabuntur.

Septima conclusio. sicut mare ante Solem, & Lunam per 90. gradus semper fluit, & post ipsos semper refluit, & sub ipsis idem mare semper est in maximo fluxu, in quo situ mare semper quiescit, quia neque fluit, neque refluit: sic etiam sub utroque nadir mare habet consimiles passiones omnibus. Probatum enim fuit supra prima in secunda conclusione, quòd maximus tumor maris est sub quatuor punctis, vel centris. Probatur, modo, quòd etiam quiescit sub ijsdem centris semper per dignitatẽ, & propositionem maximam Philosophiæ naturalis, uidelicet, quòd inter duos motus oppositos necesse est dare quietem mediam, ne duæ species motus oppositi continuẽtur, & fiant unum, & quamuis hæ passiones maris quasi implicent contradictionem ad inuicem, & dicant impossibilitatem: tamen sunt veræ ex parte rei, & concordant sensatis, quæ non licet negare. Qui enim negauerit sensata dignus est uerberibus, teste Auicenna: ut per vim illis assentiant: in quibus autem intellectus minime acquiescit, imo deducunt in maximam admirationem, scilicet qd̃ mare a termino loci luminarium in dexteram partem semper, & uniformiter fluant, & ab eodem termino in sinistram partem semper refluat: et tamen in eodem puncto, & termino, scilicet centro luminarium sit sẽper maximus fluxus maris: & etiam semper ibi quiescat, uidetur esse insistendum. Propterque implicantia nullus priscorum, neque recentiorũ hunc usque in diem ausus est has soluere quęstiones propter earum difficultatem. Quoniam isti motus maris cum suis passionibus non uidentur insequi motus naturales quatuor scilicet elementorum, & minus motum ipsius quintæ essentiæ diuinorum scilicet corporum cælestium: est enim compositus a cælesti, & elemẽtari natura, & facta neque ista, neq; illa, sed tertia utrisque participans. sed ne tam admirabilis motus maris cum suis passionibus semper sub dubio relinquatur: & ea ex parte ho-

mo sit semper infelix. Qui enim admirantur infælices semper sunt, qui sunt ignari causarum tecte poeta. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Tentabimus ergo nos, e medio tollere, ac terminare admirationes istas, eò magis, quia iam in de felicitate posuimus felices fore tales, qui scientia causarum completi, & perfecti sunt, quod quidem palam erit, quando illud cum exemplis satis accommodatis configurabimus, & causas monstrauerimus. Exempla, quidem magis mouent, quam uerba.

Accipiatur ergo corpus solidum, sphæricum cum axe, & utroq; polo, in quo ponatur circulus meridianus tãgens sphæram in utroq; polo, a quo cõtactu idẽ meridianus semper subleuetur a superficie dictæ sphæræ taliter, quòd supra æquinoctiũ talis meridianus sit eminens per duos digitos, & quod talis meridianus faciat supra sphæram quasi formam lunarem, supra æquinoctium maxime profundam. sint ergo duæ ille formæ lunares diametraliter oppositæ causatæ ex tali meridiano sic artificiosè posito. fit, & alter circulus æquinoctialis ad similem formam lunarem positus supra æquinoctium secans iam dictum meridianum orthogonaliter ad angulos fere rectos, & sphærales, a qua communi sectione circulorum ad distantiam graduum 90. contangat sphæram, qui duo tumores, uel eleuationes supra sphęrã in duabus partibus oppositis cũ illo contactu sphæræ iam dicto causabunt. duo hemisphæria, quorũ horizon erit communis in illo contactu circulorum. Quæ sphæra sic fabricata erit certe consimilis in omnibus ipsis tumoribus, & depressionibus maris causatis a duobus luminaribus, & duobus Nadir eorum. Tunc uestiatur dicta sphæra tela cœlesti dimisso aperto altero polo, ut possint moueri ad intra cum digito dicti duo circuli. illi enim duo tumores oppositi erunt ad instar eleuationis maris per ipsa luminaria causati, & tumor oppositus per nadir oppositum. Illæ etiam depressiones maris maximè distantes undique a centris maximæ profunditatis maris per Gradus 90. representabunt horizontem mobilem, qui semper insequuntur motum luminarium, a quibus distant per Grad. 90. semper & vniformiter. Ducuntur ergo illi circuli ad intra telam, quæ sit immobilis: certum enim erit primo, quòd ille tumor dexter pelli uidebitur, & illa tela, quæ representat ipsum mare semper per 90. Grad. ante solem subleuabitur, ad instar cuius subleuationis mare etiam crescere uidebitur, alter autem tumor, & sinister uidebitur destitui, & cadere ab illa eleuatione propter fugam, & ulteriorem motum luminarium, ex quo, & refluere mare uidebitur. Et de tumore diametraliter opposito causato ab eorum na-

dir

dir eodem modo dicendum est. in qua figura docti, & exercitati in ipsis abstractionibus a sensatis, quorum abstrahentium non est mendacium poterunt facile omnes canones nostros exercere, & applicare. Vbi uidebunt duos tumores semper esse uniformes luminaribus, scilicet existentibus in coniunctione, inuenient certe ipsum mare semper fluere in duabus quartis dextris a luminaribus, & ipsorum nadir. Et in eadem hora, & in eodem instanti semper ipsum mare refluere, & motum facere oppositum in duabus scilicet quartis sinistris in una scilicet quarta sinistra a luminaribus, & in altera sinistra ab ipsis nadir & partibus oppositis. Apparebit etiam in horizonte cdmmuni tunc mare stare, neque fluere, neque refluere. ipsum etiam esse in maximo refluxu, & semper in distantia 90. Grad. per oppositum erit sub ipsis luminaribus, ubi erit semper maximus fluxus, & nadir eorum, quamuis, & ibi mare neque fluat, neque refluat; sed semper stat, sicut & in horizonte dictum fluit. Qui quidem motus, & passiones maris non sunt similes motibus alicui elementorum, neque ipsi corpori cælesti, sed dissimiles, quia sunt compositi, & causati ex natura elementi aquæ & ex lumine, motu, & influentia cælestium corporum sic operatium, quæ noster intellectus tantum insequitur. complent enim omnem actum secundum, & propriam operationem in istis inferioribus primaria causa sic disponente, ut prædiximus. Hæc autem sphærica, quia in plano non possunt depingi sufficienter, sed indigent proprio lumine intellectus, uel uiua uoce docentis, quæ maximam latentis energiæ uim habet, uel etiam actuali demonstratione nostræ figuræ, quam studiosis omnibus cognoscere cupientibus libenter me polliceor ostensurum.

Octaua conclusio. Ponantur duo centra Solis, & Lunæ in N. parte orientali: dico, quòd tunc mare in P. meridie est maxime refluxum per conclusionem quintam. Ascendentibus etiam luminaribus, & ad P. properantibus mare quidem uersus P. incipiet crescere, & fluendo tumefieri, successiuè, & tandiu tumefiet per sex horas quamdiu perueniant luminaria ad P. meridiem.

Iterum autem eisdem currentibus in Q. mare incipiet refluere in P. meridie, & tamdiu refluet per sex alias horas, quamdiu luminaria peruenient ad Q. occasum quartam secundam. Iterum, & tertio eisdem motis in R. mare fluere incipiet in P. meridie per sex horas, quibus in ultima quarta discurrentibus uersus N. mare per sex horas fluet in P. sequitur ergo, quod luminaribus existentibus in prima quarta mare in P. meridie fluet, & ijsdem

in ſecunda quarta exſtentibus in P. refluet in tertia quarta iterum fluet, & in quarta ultima refluet in P. meridie. ſecundo ſequitur, quòd luminaribus exiſtentibus in N. mare fluere incipiet uerſus P. & illis exiſtentib⁹ in P. mare incipiet refluere ab eodem P. ergo N. & P. punctus in diſtantia graduum 90. ſunt motus maris oppoſiti. Quia N. facit fluere, & P. refluere. Tertio ſequitur, quòd in duabus quartis oppoſitis in prima ſcilicet, & tertia mare in P. fluet, & in ſecunda, & quarta idem refluet in P. quia ſunt quartę oppoſitæ. Quarto ſequitur, quòd in quocunque puncto ſignato totius circunferentiæ terræ ab ortu per meridiem in occaſum, & ab occaſu per meridiem in ortum bis mare fluet per ſex horas, & bis refluet per alias ſex horas: ergo in 24. horis in quolibet puncto ſignato mare fluxit bis, & refluxit bis. Quinto ſequitur, quòd in quolibet puncto ſignato mare ſtare uidebitur per aliquam morulam temporis ſenſibilem. inter enim duos motus contrarios, & oppoſitos (inquit Philoſophus) mobile ſtabit, ne duæ oppoſitę ſpecies motus ſint unum propter unum motum continuum. Duo enim differentia ſpetie, & numero. non poſſunt eſſe continua, ſed bene contigua, uel conſequenter ſe habentia ſexto phyſicorum: ſexto ſequitur, quòd duo centra luminarium cum horizonte communi L. & N. diuidunt quatuor quartas ſub orbe Solis, eodem etiam modo erunt quatuor quartæ reſpectu orbis Lunæ in quibus octo terminis ſcilicet in duobus luminaribus, & duobus nadir eorum, & quatuor terminis horizontem terminantibus ſcilicet L. M. E. F. mare ſemper ſtat, neque fluit, neque refluit. Quamuis continuè mare fluat in quartis dextris, & refluat in quartis ſiniſtris, quando ſit coniunctio, uel oppoſitio luminarium, ut ſupra dictum eſt. Septimo ſequitur, quòd eſt maius omni admiratione, quòd mare in quarta dextera luminaris fluet ſemper, & in quarta ſiniſtra refluet; & tamen in quolibet centro mare sẽper ſtat in ſuo maximo fluxu. ſicut ſemper idem mare in diſtantia 90. Gr. ab omni centro eſt in maximo refluxu. Dexteram partem a ſole uoco illam partem ante ſolem: illud autem eſt ante, quod ſolem præcedit, puta ſole exiſtente in ortu, illud, quod eſt uerſus meridiem eſt ante, quod autem eſt ſub horizonte eſt poſt ſolem. Quæ quidem peſſiones maris ita ꝓbantur, quoniam ſub centris luminarium, & ſub ſuorum nadir eſt maximus tumor maris, ſic etiam in eorum horizontibus mediis, uel communibus ſcilicet L. M. & E. F. mare eſt in maximo refluxu; hoc ſupra probatum eſt, & per experientiam facti patet: ſed etiam ratione comprobatur; quoniam in centris hemiſphærij mare eſt in maximo fluxu, & in E. F. & L. M. Horizonte eſt in maximo refluxu ergo ibi non fluit, neque refluit. Da oppoſitum ſcilicet, quòd in centris, uel horizõtibus fluit, uel refluit:

ergo

ergo non esset mare in centris semper, & uniformiter in maximo fluxu, & in horizonte semper in maximo refluxu, cuius oppositum est supra probatum ex sensatis conclusione quinta in prima parte eius. Probatur, & secundo, quia luminaribus existentibus in P. meridie sunt in termino ultimi fluxus maris, quia in principio secundę quartæ, & fine primæ quartæ ubi vult mare refluere, sed inter duos motus contrarios est necesse mobile stare, ergo mare neque fluit, neque refluit in principiis quartarum, & per consequens uidebitur stare.

Nona conclusio, quòd ab ortu N. in P. est prima quarta orientalis, in qua luminaribus discurrentibus mare semper in meridie fluit: secunda quarta a P. in Q. in qua Sole, & Luna discurrentibus mare in meridie refluit. Tertia quarta est Q. R. in qua iterum fluit in meridie, & quarta ultima est R.N. in qua mare secundo refluit in meridie. Sequitur ergo primo, quòd in quocunque puncto signato mare quater stat, & bis fluit, & bis refluit, cuius ratio est, quia partes cæli respectu Solis, & Lunæ, diuersè faciunt stare ipsum mare puta centrum, & horizon, et fluere faciet quarta dextra, et refluere quarta sinistra cum quibus centris, et partibus dextris, et sinistris luminaria, et ipsorum nadir in die naturali circundãt omnes partes terræ. Ergo in omnibus partibus terræ tanta maris diuersitas apparebit singulis diebus luminaribus existentibus in coniunctione, uel oppositione. Quando autem erunt luminaria in alijs aspectibus ad inuicem, sicut in quadraturis, aliæ erunt passiones maris, ut post dicetur; ex quibus sequitur, quòd semper mare stat, semper mare fluit, et semper refluit respectu diuersorum locorum, et temporum.

Decima conclusio. Mare uelocissime fluit, et refluit luminaribus existentibus in coniunctione, quia duę uirtutes efficientes fluxum maris sunt simul, et duo etiam nadir ipsorum sunt simul, quæ æqualem potentiam habent: quando luminaria sunt in oppositione in eadem linea cum sole, & nadir Solis est in eadem linea cum Luna, ergo in oppositione erit in principio primæ quartæ, et Luna in principio tertiæ quartæ, quę sunt quartæ oppositæ, sed luminaria, quando sunt in quartis oppositis, se iuuant ad faciendum unum motum similem, ubi in quartis proximis, et lateralibus faciunt motus oppositos scilicet quando sunt in duabus quadraturis, ideo mare tunc stat, non fluit, neque refluit, ut paulo post patebit.

Vndecima conclusio. Positis iam conclusionibus de passionibus maris, quando luminaria fuerint simul, vel in eorum oppositione, vt superius diximus: expedit modo ponere eiusdem maris passiones luminaribus uariatis in situ cęli, et distantiis diuersis in toto cursu menstruo, ad quã

diuer-

diuersitatem mare continuè aliam,& aliam passionem ab eisdem suscipit in quadrato enim aspectu sinistro a Sole, qui fit in die septima post coitum,& in distantia per gradus 90. a Sole,in qua distãtia omnes quartę laterales terminum suscipiunt,puta Sole existente in G. meridiæ,Luna erit in N. ortu,& sic utrumque luminare erit in principiis duarum
A. quartarum lateralium,& non oppositarũ.Quę quidem duo puncta N.& P.sunt principia contrariorum motuum,quia Luna quando est in ortu intendit fluxum maris,& Sol in P.qui intendit refluxum maris. sed causis efficientibus motum æqualibus existentibus in posse & oppositum motum intendentibus mobile non mouebitur ; motus enim peruenit a uictoria maioris inæqualitatis motoris. Ergo mare in illa hora non mouebitur quamdiu luminaria fuerint in distantia graduum 90. quia semper erunt in tota reuolutione diurna in principijs quartarum, in quibus intendunt motus oppositos, quare mare stabit, qui quidem situs maris apud peritos nautas dicitur in lingua materna mar de fele, quod bis accidit in singulo mense in prima quadratura, scilicet septima die, & in secunda scilicet vigesimaprima die, in quibus mare neque fluit,neque refluit: propter contra operantiam luminariũ, quam adinuicem faciunt duo luminaria.

Ex quò sequitur, quod centrum Lunæ remouebitur a centro solis in septima die, & perueniet ad Horizontem. Ergo maximus fluxus veniet ad maximum refluxum. ex quo fit, vt mare in toto oceano a tota sua circunferentia erit æquale in profunditate in fluxu, & refluxu.

Sequitur secundo, quòd nullibi mare tunc neque fluet, neque refluet, in omnibus ergo patietur passiones oppositas, quales scilicet patiebatur luminaribus in coniunctione, vel oppositione existentibus, ubi mare in duobus scilicet centris hemisphærii erat maximè eleuatum, & in Horizontibus maxime depressum. Velocissime etiam mouebatur in coitu, ubi in quadraturis duabus neque fluit, neque refluit, neque magis eleuatum in una parte, & in alia depressum, sed æquale undique, & sine motu.

Quid ergo diuinius, & magis pensatè experimur in sideribus, quàm istas passiones maris, quis ergo sanæ mentis negare poterit in his inferioribus actiones cælestium corporum tam claras, & manifestas, atque tam pulchras? Quis etiam poterit soluere problemata hæc ardua, & occulta mortalibus, nisi ille, qui in cælestibus disciplinis educatus benefuerit? Is etiam soluere poterit omnes effectus naturales in sphæra contingentes actiuorum, & passiuorum.

Duc-

Duodecima conclusio. Viso fluxu maris uelocissimo luminaribus existentibus in coitu, uel oppositione eorum, uisa etiam ratione, quare mare non fluit, neque refluit, Luna existente in primo quadrato cum Sole, uel in secundo, uideamus iam, quomodo ista uelocitas maxima maris incipit deperdi successiue usque ad non motum, qui fit in septima die, scilicet in prima quadratura luminarium.

Ponatur ergo Sol in P. meridie, & Luna incipiant remoueri a Sole per unam diem uersus ortum motu eius proprio in Zodiaco, perueniet enim ad primam septimam partem primę quartæ, scilicet sinistræ a Sole. Dico tunc, quòd moto Sole a puncto P. in Q. sol erit in vna quarta. & Luna in alia per unam horam, in qua hora mare non mouebitur quia quamdiu luminaria fuerunt in duabus quartis lateralibus, in quibus fiunt motus oppositi, mare non mouebitur, neque fluet, neque refluet, sed cum Luna motu primi mobilis perueniet ad eandem quartam, in qua est & Sol, mare incipiet moueri motu ueloci, quia vtrumque sidus conuenient in actione, quando scilicet sunt in eadem quarta, ergo mare non fluet, nisi per horas quinque, quia per unam horam iam fuit sine motu. Ponatur autem Luna in secunda die in tertia distantia a Sole, in diuisione, scilicet numero 5. per eandem rationem, Luna erit in alia quarta a Sole per duas horas, & sic mare in illis duabus horis non fluet. Ergo mare in singulis quatuor quartis stabit immobile per duas horas, & mouebitur in singulis quartis per horas quatuor, in tertia autem die ponatur in tertia diuisione tunc mare stabit per tres horas: ponatur etiam in quarta die in quarta diuisione non mouebitur mare per quatuor horas, & per duas tantum mouebitur, & in septima die successiue non mouebitur per quinque horas, & per unam tantum mouebitur, & tandem in septima die mare simpliciter non mouebitur: quia erit in prima quadratura. Patet ergo ratio, quomodo mare successiuè incipit deperdere motum per singulas partes, per quas distat a sole per vnam horam defluxu, quousque perdat totum fluxum, cum scilicet ad ipsam quadraturam luna peruenerit. Hic tamen notandum est, quòd in quadratura semper apparet aliquis motus modicus ex parte uirtutis lunæ, quia habet aliqualem uictoriam supra Solem in mouendo mare.

Decimatertia conclusio. Post quadratum aspectum Luna mouebitur, per unam diem, & erit in tertia quarta per unam horam, & sic mare incipiet acquirere fluxum, & refluxum in singulis quartis per unam horam

ram tantum,& per quinque ſtabit,ulterius Luna perueniet ad ſecũdam ſectionem,& ſic adiuuabit motum Solis per duas horas,quare continuè creſcet motus maris fere in ſingulis diebus per horam quouſque perue niet ad oppoſitionem. Poſt uerò,oppoſitionem incipiet deperdi motus maris eo modo,quo deperdebatur,quando Luna erat in coitu,& incęperat a Sole remoueri.

Similiter eſt dicendum de quarta ultima ſicut dictum fuit de ſecunda quarta quia quartæ oppoſitæ habent eandem rationem motus maris,& quietis: quę quidem omnia clarè apparebunt,ſi quis accommo date nouerit remouere Lunam a Sole,& ipſam firmauerit cum modico cere in figura, poſtea mouerit utrumque luminare circum terram, ubi uidebũtur omnes eleuationes maris,atque depreſſiones,ſecundũ quod illæ peruenient in tali motu ad omnes partes mundi,in qua figura ſemper in omni loco clarè apparebit,quomodo ſe habet mare, dummodo moueris quantum Luna mota eſt a ſole in zodiaco; quoniam mouetur centrum Lunæ a centro Solis,ſecundum quas diſtantias uariabuntur et omnes paſſiones maris.

Decimaquarta concluſio. Mare non ſolum modo fluit, & refluit in diurna reuolutione(ut ſũpra diximus)ſed etiam mare continuè fluit ad meridiem per ſex menſes,& a meridie in ſeptentrionem cõtinuè refluit per alios ſex menſes. Quod patet, quia centrum hemiſpherii maris, ubi eſt maximus fluxus; eſt perpendiculariter ſub ipſis lumiuaribus,qui quidem tumor ſemper inſequitur centrum Solis, ut dictum eſt. Qui quidem Sol a cancro ſigno ſcilicet ſeptentrionali in capricornũ ſignũ meridionale mouetur in ſex menſibus. Ergo & ille maris tumor, qui in ſequitur Solem & Lunam,mouebitur fluendo a ſeptentrione in meridiem per ſex menſes,& a meridie in ſeptentrionem per alios ſex menſes, ſcilicet a capricorno in cancrum, quod clariſſimè patet ei, qui nouerit ſphæram.

Decimaquinta concluſio. Si quis curioſè uoluerit ſcire,quãtum maris fluxum eſt,uel refluxum,& omnes alias paſſiones eius, inueniat locũ Solis in tacuino in illa hora,quæ ſcire cupit,& firmet ipſum cũ cera ſub ſuo zodiaco,quem diuiſi in trinos decanos ut ſit facilior collocatio Solis in eodem gradu,in quo inuentus fuerit in tacuino, & idem faciet de Luna, quam firmet in ſphæra Solis ſub ſigno, & gradu inuento in tacuino in eadem hora.

Tertio inueniat horam poſt meridiem,& inueniat gradum aſceuden tem per doctrinam iam habitam,quem ponat in aſcendente,& ſtatim ap parebit uerus ſitus, & figura maris in omnibus partibus mundi cum om

ni

ni fluxu,& refluxu maris, per quam figuram diuinitus adinuentã apparebunt ſolutiones difficiliũ quæſtionum contingentium in materia fluſus,& refluxus maris,& eius figurę,quarum quæſtionum ſolutiones uſque nunc non fuerunt factæ, & minus ſolutæ, quas quidem paſſiones maris,eſt impoſſibile cognoſcere,qui ſunt in mari nauigantes, niſi ſolũ ſtantes in littore maris,ubi apparet fluxus,& refluxus maris, & quamuis ibi in littore ſtantes poſſint cognoſcere illas paſſiones particulariter: tamen minime in reliquis partibus mundi ſcire poterunt.Per noſtrã autẽ figuram ſcient ubique locorum,& ſemper uerè,& neceſſariò,ergo nauigantibus erit maximæ utilitatis ſcire uelocitatem motus maris adiuuantẽ,& quantũ mare retardat nauigationem, & per quantũ tẽporis uariabuntur hę uiciſſitudines, quæ retardãt,& quæ cõferunt ad nauigationẽ.

Profunditates autem maris,quæ continuè uariantur per continuã remotionem Lunę a Sole,& eius acceſſionem ad ipſum diuiſę ſunt in figura,& comprehenſæ numeris terminatis in utraq; ſphæra æqualiter, incipiendo a centro,ubi eſt profunditas ut 7. deſcendendo per æquas portiones ad horizontem,ubi eſt non gradus eleuationis.ſ.nulla, quas profunditates facilè quis coniectabitur in toto mẽſe curſus lunæ, ſi incipiet computare utroſq; numeros, quando lunam poſuerit ſub Sole in eadẽ linea,in qua linea inueniet 7.profunditatis maris ſub Sole,& alios 7. ſub luna,quas coniungat,& erunt 14. tunc notabit ſub utroq; luminari in primo circulo 14.quod ſi quis acceperit utramque profunditatẽ in unã in tota circunferentia inueniet profunditatem omnẽ in toto mari,quomodo ſe habet in hora cõiunctionis,& ſi ulterius quis uoluerit ſcire quãtitatem,moueat Lunam in omni die,& inſpiciat in tacuinum, & ponat Lunam in gradu,& diſtantia ſequentis dici,& ſic poterit facere in omni curſu Lunæ menſtruo, ut poſſit uidere omnes ſpecies diuerſitatum motus maris per omnem diſtantiã Lunæ ab ipſo Sole, quod ſane erit ſcitu dignum, & pluribus occultũ. Nos uerò exemplificauimus omnes mãſiones Lunæ uſq; ad primam quadraturam, in qua mare nõ mouetur, ideo eſt & æquale in omnibus partibus mundi,quia uniformiter mare inuentum eſt profundum per partes 7.& 7.ſi quis autem curioſè uoluerit facere oẽs portiones,& uariationes maris, quas facit merito curſus Lunę in 29.diebus faciat ſibi ſimilem figurã ſed maiorẽ,ut intra ipſam poſſint fieri 29.circuli eo modo,quo in hac mea figura ſunt poſiti 8.tamen,in quibus oẽs uariationes maris poſſint notari, in omni curſu menſtruo lunæ, quia redeunte Luna ad coniunctionem,iterum mare incipiet renouare omnes eius paſſiones ſimiles prioribus,quæ quidem uniformitas quandoque ſolet impediri ꝑ uim uentorũ;ſed illud erit per accidens.Figura

uerò nostra monstrabit omnes illas passiones maris, quæ erunt per se. Notandum est secũdo, quod hic in nostro mari mediteraneo mare fluit, & tumescit usque ad duos cubitos, ubi in occeano tumescit usq; ad quinque cubitos, cuius causa forte est, quia ibi est mare latum, & profundũ, & non angustum, sicut apud nos, neq; ibi impeditur accessus maris, & recessus, pro ut impeditur in mari mediterraneo propter gadiũ angustiã. Tertio notandum, quòd apud Syllam, & caribdim in promontoriis Italiæ, & Siciliæ mare uidetur non seruare cursum communem, sic etiã eodem modo, & in sinu Euboee, quæ dicitur uulgo Negroponte, ubi sunt quædam promontoria contra se posita in forma obliqua, & curua, ubi impetus maris ab illis promontoriis inflectitur, & reflectitur ab alio promontorio intra se posito, ideo non fit fluxus, & refluxus sed fiunt quidã gurgites, uel uoragines circulares in fluxu, & refluxu, sicut cõtingit post promontoria in fluminibus, ubi aquæ circulariter mouentur, & per accidens. Doctrina autem nostra est defluxu per se maris, & necessariò à Deo & natura sic ordinato, cuius nomen sit benedictũ per secula. Hæc Chrisogonus de maris fluxu atque refluxu.

Diuino profecto numine afflati fuisse mihi uidentur ij, qui hunc mundũ librũ dixerunt. cum nautæ ad nauigandum, agricolæ ad terrę cultũ, & incidenda ligna, & medici tum ad medendũ, tũ ad prædicenda multa de morte, & uita ægrotantium ex maris fluxu, atq; refluxu perdiscere possint. Hinc perspicere licet, quàm late pateat earum litterarum significatio, atq; potestas, quę Dei digito in hac mundi uniuersitate conscriptæ sunt. Nã cum maximus est maris fluxus in omnibus mixtis humiditas maxime uiget, cum uerò refluxus est maximus, maxima siccitas potest: ceteris uerò maris intermediis constitutionibus corporum constitutiones ex altera parte respõdent. Hinc uidere licet quanta sit Solis, & Lunę uis in hæc inferiora, cum tantum corpus, quantum mare est tantopere moueat, & afficiat. Quod si corpora, ut sunt Sol, & Luna hæc possunt, quid spiritus ut demones sunt nisi manu Dei contineantur? quid angeli? uereor dicere quid Deus? cum inter finitum, & infinitum nulla sit proportio. Hæc, & alia huiusmodi sexcenta poterit studiosus lectos ex maris fluxu, atque refluxu colligere Nos enim hoc loco (ut supra dictum est) nõ huius libri doctrinam, sed litteras tantum, & illarum potestatem quærimus. Quid uerò significent apertius Deo fauẽte aliàs exponemus, cuius tamen semina suo loco nõnumquã aspergere mihi liceat, ut tum nos, tũ alii, habeamus quid colligere possimus.

FIGV-

FIGVRA FLVXVS ATQVE REFLVXVS MARIS.

Meri- P. dies.



Occa- Q. sus.

Septen R. trio.

Benedicite Maria, & flumina Domino.

DE VENTIS, ET NAVTICO PIXIDE. Cap. XIII.

MAris motus per Lunã & Solẽ me admonet, ut de maris motu per uentos aliquid dicam, qui siderum motu e terra generantur, cum nihil aliud sint, quàm calida, & sicura exhalatio: motu recto primum ascendunt, quoad nihil inueniunt, quod sibi sit impedimento, quo minus ascendere possint: cum uerò sibi obstare quid sentiunt, quò minus ascendant, statim transuersò feruntur, ut ferri omnibus compertissimum est. cum autem uentis nauitæ ad nauigandum utantur, eos in diuersas regiones distribuerũt, & alium ab ortu, alium ab occasu Solis, alium a septentrione, alium a meridie, alios ab locis intermediis flare dicunt, & illis sua nomina imposuerunt. Non quod ad unguem ab illis partibus semper flent, nam ab omni parte terræ uenti fieri possunt, sed quòd sic illis uti possunt, ac si ex illis locis penitus semper surgentes in sua uela impetum facerent. Hos in pixide describunt in sua loca distributos, ut cum in alto uersantur, & terram amplius non conspiciunt, sciant, quonam uentus flet, & quò illo uẽto per uenire possint. habent.n. unà, & chartã, in qua terræ oẽs, & portus, qui illud mare, qd nauigant, ambiunt, cum lineis, q̃ ostẽ quibus uentis quæ loca petere possint. Quamobrẽ illũ uẽtum, qui a polo arctico uenit, latini dixere septẽtrionẽ, nostrates uerò tramontanã græcas uoces hoc lòco prętermittere mihi uisum est. Ventus uerò huic oppositus Auster latinis, & ostro Venetijs uocatur, qui uerò ab ortu solis flat subsolanus, & nunc a nobis leuant: oppositus uerò huius Zephyrus & Ponent. hi quatuor uenti primò, ut perhibetur obseruati fuerunt ab Eolo, qui ob id Venetorum Rex dictus fuit: & in pixide primi positi sunt, ut in sequenti figura uidere licet. Qui hos primos secuti sunt alios quatuor uentos addiderunt inter primos quatuor medios, uel vt alii uolunt duò in Oriente, & Occidente hyemali, & totidem in Oriente, & Occidente æstiuali, ut inter Septentrionem, & Orientem collocauerint Boream, inter Orientem, & Austrum Eurum, inter Austrum, & Orientẽ, Africum, inter Orientem, & Septentrionem corum, qui quatuor uenti in pixidis secundo circulo collocati sunt. sed nominibus mutatis. nam illi quatuor alium locum habent. Boream igitur nostrates dicunt Grego & eius oppositum Garbinum, qui illis Africus sit. Maestrum uerò dicunt illum, quem illi uocauerunt corum, & eius oppositum, quem illi eurum Sirocum dicunt. hos in secundo circulo a centro sequentis pixidis uidere licet. His autem octo uentis alij octo additi fuerũt inter illos medios, quorum nomina in 3. pixidis circulo inuenies, deinde alios sexdecim in

ter

PIXIS NAVTICVS NOSTRORVM TEMPORVM.



Benedicite omnis ſpiritus *D*ei Domino. Cant. trium Puerorum.

ter illos ſexdecim medios,qui deſcripti ſunt omnes in quartō, & ultimo pixidis circulo, in quo nomina tantum appoſuimus, quibus noſtrates nautæ uti ſolent,ut temporibus noſtris ſeruiamus.

Hinc autem animaduertat lector quantopere cupiat Deus,ut omnes homines unà uerſentur cum tot opportunitates eis dederit,ut id in omnes cęli,& terræ plagas facilè currere poſſint,quod & ad fidem per uniuerſum terrarum orbem diſſeminandam conduxit nuncque conducat, & ut omnes in uniuerſo terrarum orbi habitantes facilè ſe Romam recipiant tum ad lites dirimendas, tum ad ſua crimina diſſoluenda, & ad ſummum Pontificem adorandum, ut Iaponenſes ſuperiori anno fecerunt, quod per terram iter habentes, uel minimè fieri poſſet, uel niſi multis poſt annis. Hinc aeris depurgatio,& multa alia commoda, quæ conſulto prætermitto cum noſtri libri hic finis non ſit: ſatis enim eſt nobis philoſophandi ſemina hic aſpergere, ex quibus ſtudioſi plurima colligere poſſint. Ecce iam pixis nauticus in 32 partes diſtributus,& noſtratibus nominibus inſcriptus,quod noſtris maxime conſultū uelimus.

Pixis hic nauticus,longum eſſe mare, quod ingreſſus ſum, me admonet,& cum ſciam illud.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Vt uires ad tanta maris nauiganda, quæ mihi in animo propoſui, ſufficiant, uiſum eſt utile hic primo libro finem imponere, & aliquantum temporis, ad quietem tum animo tum corpori concedere. Sic enim fore ſpero, ut acrior animus, & robuſtius corpus ad nouum laborem reddatur. Quod ut fiat cęli, & terræ creatorem, rogo atque oro.

FINIS LIBRI PRIMI.

THEA-

THEATRI MVNDI ET TEMPORIS.

Liber Secundus.

AVCTORE IOANNE PAVLO GALLVCIO SALOENSI.

LIBRI SVMMA.

Quæ ad singulos planetas, & ad Zodiacum præcipuè spectant describuntur, quæ sunt natura, & qualitates, sexus septem erraticarum, eorumdem Apogæa, perigea, & nodi, & uarij motus, de eorum uiribus ratione partium cæli, & de ceteris huiusmodi, quæ faciunt, ut in terris diuersi effectus ab illis fiant. Præterea de illorum domibus, regnis trigonis, finibus, carpentis, persona, gaudio, collatione ad solem, de mutua illorum inter se habitudine, de aspectibus, & ceteris huiusmodi. De Zodiaco de quatuor anni temporibus, quę dum per illum sol ambulat efficiuntur. item de signis mobilibus, fixis, & communibus, de masculinis, & fæmininis, de septentrionalibus, & meridionalibus, de Antiscijs, de imperantibus, & obedientibus, de latitudine, declinatione, & de uariabili diuisione cæli.

DE PLANETARVM NATVRA, ET CONDITIONE

Caput Primum.

Planetas neq; calidos, neque siccos, neque frigidos neque humidos esse: has tamen quatuor qualitates in elementis, & corporibus mixtis operari, veli theologi fatentur, quod non esse absurdum perpulcher similitudine ipse Horatius in epistola ad Pisones. præclare docet cum inquit.

Ergo fungar uice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum ualet exors ipsa secandi.
Munus, & officium, nil scribens ipse docebo.

Ab

Ab effectibus igitur dicti sunt,uel calidi,uel frigidi,uel sicci,uel humidi,ut mundum a Platone animal dictum existimo, quod animalia producat,cum nihil illud dare non possit,quod non habet. Neque tamen absolutè tales effectus faciunt,sed quadam relatione ad Solem. Nã omnes Planetæ calefaciunt,quòd omnes sint lucidi,ob id habẽt radios,qui motu,& repercussioue,uel reflexione,calorem gignũt, ob id Luna si ad Solem conferatur frigida est, & frigefacit hæc inferiora: inquit tamen Arist. quod noctes,quibus luna plena est,sunt calidiores, sed hęc cõparatio est cum noctibus,in quibus Luna non plena est, non cum temporibus, quibus Sol super terram est. Et quemadmodum Lunæ frigiditas in his inferioribus diuersa est pro diuersitate situs ad Solem, sic & ceterorum effectus modo intenduntur,modo remittuntur,non solum ratione sui situs ad solem,sed ratione Apogæi, perigęi, uelocitatis, tarditatis motus,retrogradationis, & aliorum huiusmodi affectionum,de quibus alio loco uidendum est.omissis igitur,his tam uniuersim dictis:de singulis planetis aliquid nobis dicendum est.

Sol igitur moderatè calidus,& siccus est, licet nonnunquam immoderatè,ut cum Marti iungitur,uel stellis quæ Martis. naturam referunt, uel in leone est.

Luna humida est,quòd cum sit terris citima multos ex illis uapores attrahit,& aerem humidiorem efficit, ex quo frigida etiam esse uidetur: præsertim si(ut diximus)cum solis calore conferatur.

Saturnus frigidus,& siccus aliquantulum est, quod longissimè a Sole distat,& eius radios non potest ita suscipere,ut eos ualenter in terram amittat.

Iupiter calidus, & humidus temperatè existimatur.Est enim inter Saturnum frigidum, & Martem nimis calidum, ex quo temperatissimam naturam sortitus est.

Mars uerò in nimiam caliditatem,& siccitatem incidit.est enim soli uicinus, & corporis sui substantia densior est, & igneum calorem sortitus est.

Venus calida, & humida est: calida, quòd sit soli uicina, humida, quòd terris,& multos uapores excitat,quamobrem dicitur a multis frigida,& humida,sed id accidit, si conferatur cum Sole, uel cum Marte. sed reipsa dici potest paruus Iupiter,ut & Mars paruus sol dici solet.

Planetarum postremus Mercurius est, qui communis dicitur, quòd in illius naturam se conuertit cui iungitur.

Hos uniuersaliores effectus gignunt in terris Planetæ,qui ratione loci ubi reperiuntur in Zodiaco modo augentur modo minuuntur, & alijs

quo-

FIGVRA OSTENDENS PLANETARVM NATVRAM, ET QVALITATES.



Quis enarrabit cęlorum rationem, & concentum cęli quis dormire faciet? Iob. 28.

quoque rationibus, ut ſupra dictum eſt. Permiſcentur etiam inter ſe ſexcentis modis, ut hæc contemplantibus patet. unde tam multa genera animalium, herbarum, ſtirpium, arborum, metallorum benificia innumerabilia conſequuntur ad ſui generationem, & conſeruationem. Hic contemplanti campus eſt maximus, unde Dei ſapientiam admiretur, cum in multis dictis, tum quo modo per Zodiacum percurrens Sol rerum uiciſſitudines efficiat, in omni terrarum orbis parte ſemper æſtatem efficit, ſemper hyemem, ſemper uer, & ſemper autumnum. Saturnus cum coniunctus eſt cum Sole ſemper aerem refrigerat, ſed aliis illud tempus eſt uer, ut nobis hoc anno fuit, aliis eſt Autumnus, ut noſtris antipodibus, aliis hyems. Præterea Sol eodem temporis momento oritur occidit meridiem, & mediam noctem efficit, & alia intermedia tempora ſi omnium in terris habitantium rationem habueris, ſed hæc attingenda erant tantum, ad planetarum naturam reuertamur. Cum ♄, & ♂ alter frigiditate, alter caliditate maximè uigeat infortunæ dicuntur, ſed ♄ maior, & minor ♂, & maleficæ etiam ſed hoc non abſolutè, quæcunque enim fecerat Deus erant ualdebona, ſed ratione corruptionis ſingulorum, quæ malè affici uidentur ab illis, at natura non intendit conſeruare ſingularia, ſed rerum ſpecies, quæ non conſeruarentur, niſi generarentur ſingularia, neque hæc generari poſſunt, niſi alia corrumpantur, ex quo fit illa omnium rerum uiciſſitudo; non exiſtimentur igitur infortunæ contra fidem noſtram dici. Neque tamen ob id nocent ſemper: imo ſæpiſſime, & ſi uniuerſum mundum reſpicimus, ſemper proſunt. Eadem ratione ♃ maior fortuna, ♀ minor dicitur, ☉ uero ☽, & ☿ communes dicuntur: quippe qui modo fortunæ, modo infortunæ uicem ſubeant, & Sol coniunctione ſemper infortuna eſt, Luna nonnullis fortuna dicitur, & minor, quã Venus, quòd, & illa minus calida ſit.

Qualitas autem Planetarum eſt, ut alii diurni, alii nocturni dicantur, quòd ſcilicet illi in die, & hi in nocte benè afficiantur. primi generis eſt ♃ & ♄, ſed ratione diuerſa, ♃ quòd cum ſit calidus, & humidus, ſed ita, ut caliditas humiditati dominetur, die letatur, qui ſibi his qualitatibus reſpondet, ♄ uerò quòd diei calor, eius frigiditatem ita contemperat, ut minus nocere uideatur.

Nocturni uerò ſunt Vernus, & Mars, qui & ipſi diuerſa ratione, Venus iuuatur a nocte ſibi ſimili, cum humiditas in utraque dominetur calori, & Mars cum nimis calidus ſit, noctis humiditate temperatur, & benè afficitur, & minus ſuo calore in terris nonnulla ſingularia lædit: non enim omnia (ut diximus) ſed nonnulla ſemper lædit, quę

ſcili-

ſcilicet nimio calore ad interitum tendunt. Mercurius & in hac re communis dicitur. Hæc autem omnia in ſequenti figura patēt. ♄ ♃ ♂ & ☉ maſculini dicuntur Luna,& Venus fæminini,quòd illi ad agendum, & hi ad patiendum ſint promptiores,uel illorum effectus magis referunt mares,& hi fæminas: ☿ communis.

DE APOGAEIS, PERIGAEIS, ET MEDIIS MOTIbus planetarum. Cap. II.

DE Apogæis, & perigęis Planetarum locuti ſumus ſuperius ubi de theoricis planetarum ſcripſimus: hic autem cum noſtrum conſilium in hoc ſecundo libro ſit ita planetarum uires ante oculos legentibus ponere, ut nullo labore cerni poſſint; eorum auges in ſequenti tabella ad annum 1588. computatos poſuimus,qui cum lento gradu proficiſcantur, iis multis annis abſque errore uti poteris. De uſu igitur figurę nobis loquendum eſt, quod antequam explicemus ſciendum eſt, duplex eſſe tum Apogæum,tum perigęum,tum in eccentrico,tum in epiciclo, ut ſupra dictum eſt. at primū de Apogæo,& perigęo in eccentrico. Sciendum igitur eſt,quòd cum aliquis planeta eſt in ſuo auge,uel oppoſito, quod idem eſt,cum apogæo, & perigæo,in figura ſequenti ſtatim eius uis patet,quòd ſi ſecundum ordinem ſignorum erit inter eius augem,& augis oppoſitum tunc dices ab Apogæo ad perigæum deſcendere, & ut eius uim deprehendas debes animaduertere,num propior ſit augi,an oppoſito illius,& ex hac uicinitate, uel longinquitate facile illius uim cognoſces: quòd ſi erit inter oppoſitum augis,& eius augem aſcendit Planeta,& uim aquirit, & quo magis ad augem accedit eo maiorem uim acquirit, uel ſaltem purior euadit,de quibus uiribus alio loco: hic enim nihil aliud quærimus, niſi planetę ſitum. Rem autem exemplis illuſtremus ſcire uoſtro ſitum Planetæ hodie,qui eſt dum hæc ſcribo 29. Iunii 1586. uideo in ephæmeridibus Solem eſſe in G.7.69 hunc gradum reperio in dorſo ſequentis figuræ, & uideo Solem ad ſuum apogæum aſcendere imo penè illud tenere. Luna uero eſt in Grad. 19. Sagittarii,& non multum diſtat ab oppotione Solis inde fit,ut nō multum diſtet ab auge: cū in auge ſit ſemper in ☌, & ☍ Solis, & in □ ſit in oppoſito augis. ♄ autem eſt in Gra. 1. ♉ hunc gradum in dorſo figuræ reperio unà cum loco augis, & eius oppoſiti,deſcendit igitur,cum eius oppoſitum augis ſit penè in ultimo Grad. ♊ diſtat igitur ab oppoſito augis ſextam Zodiaci partem, qui ſunt Grad 60. ♃,eſt in Grad. 27. ♊. Aſcendit igitur ad augem,cum eius aux ſit penè in

8. Grad. ♎ & est fere in media distantia inter augem, & eius oppositũ, ♂ est in Grad 12. ♊. eius aux in Grad. 29. ♌ igitur ascendit ad augem, & ab eo distat Grad. 76. ♀ est in Grad. 18. 69. & eius aux in Grad. 17. ♊ descendit igitur ab auge, & ab eo distat tantum Grad. 31. ☿ est in Grad. 24. ♊. discedit igitur a suo perigæo, qui in Grad. 1. est ♊ ut ascendendo ab eo distet Grad. 24. fere, quòd est in primis tantumodo primi gradus minutis. Hæc igitur omnia unico penè intuitu figuræ usu cognito intueri poteris.

Reliquum est, ut uideamus quando Planeta est in Epicycli uel apogæo, uel perigæo, ut hanc materiam absoluamus. quandoque in mediis partibus uersatur, quod ex tabulis ad unguem cernitur, sed hic nõ opus est omnia ad unguem inuestigare, cum uiam planam omnibus, & medicis præsertim reddere uelimus. Hi enim omnes temporis inopia conqueruntur, licet omnibus satis sit, si uti sciant, at ipsi uideant, quantum officii sustineant, & quantopere illis elaborãdum sit, ut ueritatem agnoscant, & eam pro uiribus consequantur, sed iam ad propositum reuertamur. Quando in Apogæo, perigæo, & mediis locis sui epicycli uersetur planeta cognosci ex ephæmeridibus potest, si quantum distat planeta a sole animaduerteris, & num sit dexter, an sinister a Sole. Quod ut planũ sit, intelligendum est priùs quisnam sit dexter, & quis sinister. Cum quis planeta erit post solem secundum signorum ordinem, ut si Sol sit in ♈, & planeta quis in ♉ erit a sole sinister, si uero cõtra, ante solem, ut si Sol esset in tauro, & planeta in ♈ erit ille planeta dexter. ♄. n. ♃, & ♂ cum sũt ☉ iuncti in sui epicycli Apogæo reperiuntur, & iam descendere incipiunt, cum Sol ab illis discedit, id eo fit ordine, ut quot gradibus sol a planeta distat secũdum signorum ordinem, tot & ipse planeta ab Apogæo, uel ab auge sui epicycli distabit. Cum uerò planetæ soli sunt oppositi, tunc in augis opposito uersantur. Hæc hactenus de superioribus. ♀ uerò, & ☿ aliter se habent. Nam ubi mane desinunt apparerè, (quod ex ephæmeridibus cognosci potest) quod fit cum ☉ secundum signorum ordinem precedit planetæ; idest magis distat ab aliquo Zodiaci puncto) & soli iuncti sunt, tunc in Apogæi epicyclo sunt; ubi uerò uesperi apparere desinunt, quod accidit cum sequuntur solem, & deinde illi iuncti sunt, tunc in augis epicycli opposito uersantur, quod licet in superiori libro etiam dictum sit, hoc loco non inutiliter sit repetitum.

Planetarum etiam uires modo augentur, modo minuuntur ratione sui habitus ad eclipticam, cum igitur ab ecliptica uersus nostrum polũ declinant, tum septentrionales dicuntur, & eius uis augetur ratione nostri, qui in hac parte Septentrionali sumus, sin uerò ab eclyptica uersus

sus

FIGVRA AVGIVM PLANETARVM ET EORVM OPPOSITORVM.



Nunquid nosti ordinem cęli, & ponas rationem eius in terra? Iob. 28.

ſus polũ antarcticum declinat minuuntur illorum uires nobis. Hoc ex ephæmeridibus dignoſci poteſt, & ex figura noſtra nodorum, & limitum Planetarum.

Mutantur etiam illorum uires ratione motus cum ſcilicet eſt uel directus, uel retrogradus, quod idẽ ex ephęmeridibus dignoſcitur: nã ſi planetæ diurnus motus eſt in ſequenti die in plures partes, quàm in præcedenti directus motus eſt, ſin uerò in paucioribus retrogradus eſt.

Cum autem directus eſt triplicem motuum differentiam ſortitur quilibet planeta. Nam uel eſt uelox, uel tardus, uel medius, mediorum motuum, tabella infra poſita eſt cum diurnus motus, qui ex ephæmeridius colligitur, eſt medio motu maior, tunc planeta uelox eſt, ſin uerò minor tardus eſt.

Mediorum motuum tabella

	G.	M.	2ª.
♄	0	2	0
♃	0	4	59
♂	0	31	27
☉	0	59	8
♀	0	59	8
☿	0	59	8
☽	12	11	27

Hæc omnia diligenter ſunt animaduertenda, ut planetarum uires dignoſcatur, ut quid poſſint in dies ſingulos in humanis corporibus, uel potius ĩ humorib⁹, ex quib⁹ humana corpora cõſtãt facile cognoſcatur.

DVPLEX SIGNORVM DIVISIO IN QVATVOR partes primum, deinde in ſigna mobilia, fixa, & communia. Cap. III.

ANnum.i. unicum ſolis curſum ſub Zodiaco diuidunt Aſtrologi in quatuor æquas partes, quæ nobis quatuor anni tempora efficiunt, quod medici non ita faciunt. nam in partes inæquales eum diuidunt, at nos Aſtrologos ſequimur. Prima igitur quarta eſt ♈, ♉, ♊, dum ſcilicet Sol per hanc percurrit quartã illud anni tempus efficit, quod uer dicitur, quod cum ſit calidum, & humidum temperatè hac ratione hæc quarta calida, & humida, habetur & temperata, ob id ſanguinea, & pueritię quàm ſimillima. Secunda quarta, quæ Aeſtiualis dicitur eſt ♋, ♌, ♍, calida, & ſicca eſt, & cholerica, & iuuentutem referens, dumq; Sol hæc tria ſigna perambulat Aeſtas efficitur. Tertia

FIGVRA OSTENDENS SIGNA QVATVOR ANNI TEMPORA EFFICIENTIA, ET SIGNA MOBILIA, FIXA, ET COMMVNIA.



Tu fecisti omnes terminos, terrę æstatem, & uer tu plasmasti ea. Psal. 73.

tia quarta: est ♎ ♐ ♓, & dum sol per illa deambulat signa efficitur Autumnus frigida, & sicca est, melancholica, & uirilē Aetatem refert. Quarta pars est ♑ ♒ ♈, quæ signa dum a sole peragrātur hyems efficitur, quæ frigida, & humida est Flegmatica, & senilis ætatis similis. Quęcunque uuius anni uitam sortita sunt ea apertam uariabilitatem, & mutationem per solis motum in Zodiaco consequuntur, ut sunt herbę penè omnes nonnulla animalia, & nonnnlli morbi, etiam, qui si non totam ætatem perdurant saltem ad principium suæ senectutis perueniunt, ut quartana febris est. Horum autem quatuor partium quælibet suum principium, medium, & finem habet, in quibus diuersas mutationes habent es omnes, quę a cælis efficiuntur, cuiusque igitur quartæ primum signum dicitur mobile, quod dum Sol in illud ingreditur signum mutatur anni tēpus in aliud, & hæc mutatio apertissima est omnibus, si illud tempus obseruare uoluerunt. Vt hoc anno 1586. dum hęc scribebam. Nam die 21. Iunii sol ingressus est signum 69. quo die serenauit cum multis ante diebus, & mensibus fuerint permultæ pluuiæ, & inundationes, fuit frigus, & multa incommoda tempora, serenum autem perdurauit deinde satis multis diebus, & maximis cum caloribus interposuit tamen Deus sua bonitate nonnullas leues pluuias, ut homines inde in tantis caloribus aliquod leuamen perciperent. Mobilia igitur illa signa dicuntur, quòd in aere maximę mutationes fiant. Hæc autem signa sunt ♈, ♋, ♎, & ♑, quæ uerò signa hæc quatuor, in Zodiaco sequātur, fixa sunt, quod illa mutatio facta confirmari, & perdurare cernatur, & hoc tempus refert hominis iuuentutem, ut illud pueritiam, & quod sequitur refert senectutem. Hæc autem signa sunt ♉, ♌, ♏ ♒. reliqua uerò signa quatuor cōmunia sunt, qd̄, & bicorporea quod tūc incipiat illud anni tēpus suā uim remittere, & ad sequens tēpus se conuertere, ex quo fit, ut illud tempus sit utriusque temporis particeps. Hęc signa sunt ♊, ♍, ♓, ♐. Hæ sint quot annis mutationes per solem, qui per signa tam diuersa, diuersęque naturæ perambulat. imo innumerabiles sunt, cum & hæc eadem tempora ratione aliarum planetarum, & stellarum fixarum maximè permnntentur, ut iure optimo dixerit Solon duos dies similes penitus in uita non experiri hominem, licet diuitissimè uiuat. Sciendum tamen est, quod quæcunque diximus de quatuor anni temporibus non utique terrarum uera sunt. Nā hæc uera sunt tantū in locis Septentrionalibus, in australibus uerò cōtra se habent cū illis sit hyems cū nobis est ęstas, & illis æstas cū nobis hyems, iis uerò qui sub æquatore uersantur neq; hoc neq; modo se habent cum duplicem hyemen, & æstatem habeant imo perpetuū uer, & semper sit illis ęquinoctium.

MA-

DE SIGNIS MASCVLINIS, FOEMININIS, IMPERANTIBUS, OBEDIENTIBUS, & SE ODIOSÈ CONTUENTIBUS. Cap. IIII.

MAsculinum, & fæmininum tã in signis, quàm in planetis est quædam collatio, uel duorum signorum, uel duorum planetarum, ut quod maiorem quandam uim ad agendum habeat masculinum, quod minorem fęmininum dicatur, signa igitur omnia imparia si numerare incipias ab ♈. masculina, paria uero fœminina sunt. Hæc igitur masculina ♈, ♊, ♌, ♎, ♑, ♒, fęminina hæc ♉, ♋, ♍, ♏, ♐, ♓.

Imperantia uerò sunt signa septentrionalia ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, obedientia ♎, ♏, ♑, ♓, ♒, non tamen singula septentrionalia singulis meridionalibus imperant, neque hęc illis obediunt, sed ea tantum, quæ quadam ratione sibi inuicem opponuntur, sunt autẽ ea, quæ ab æquatore, uel potius, quę ab eodem puncto ęquinoctiali ęquè distant, & sunt ♈, & ♓, ♉, & ♒, ♊, & ♑, ♋, & ♌, ♍ & ♎. Hęc aperte ĩ sequẽti figura cernũtur.

Odiosè uerò contuentia sunt illa signa, quę recta, & tortuosa dicuntur, quod illa rectè, & hęc tortuosè ascendat, dum scilicet illa super horizontem ascendunt semper secum plus lineę æquinoctialis ascendit, ut obliquè ascendentia semper minus Zodiaci secum trahunt. Hæc dicuntur antiscia a Ptolomęo male scilicet adumbrationes. Quo in loco animaduertendum est, quòd nõ solum signa sunt signis antiscia, sed gradus gradibus, & minuta minutis, ut primus gradus ♈, odiosè contueatur 30. ♍, & sic in reliquis, odiosè autem se contuentur, quę ab isdem pũctis solistitialibus ęquè distant, figura hoc tibi apertè ostendit, sed cũ non sit satis multis in rebus scire, quod signum odiosè respiciatur ab altero, sed scire oporteat, qui gradus, & scrupulus respiciatur, apposuimus duas tabellas, ex quibus facilè, quod scire cupis, ellicies, altera enim id est prima pro gradibus uteris, altera pro scrupulis.

Pro Gradibus		Pro minutis.		Pro minutis.	
0	30	0	60	16	44
1	29	1	59	17	43
2	28	2	58	18	42
3	27	3	57	19	41
4	26	4	56	20	40
5	25	5	55	21	39
6	24	6	54	22	38
7	23	7	53	23	37

Pro gradibus		pro minutis		pro minutis	
8	22	8	52	24	36
9	21	9	51	25	35
10	20	10	50	26	34
11	19	21	49	27	33
12	18	12	48	28	32
13	17	13	47	29	31
14	16	14	46	30	30
15	15	15	45		

Iam rem ipsam aliquo exemplo illustremus. Die 7. Iulij 1586. ♄ est in grad. 1. m 34. ♉ scire uolo, quò suum antiscium mittat: hic tria inquirẽda sunt, Signum, Gradus, & Minutum: signum reperies in superiori figura, gradum in prima tabella, minutum in secunda, inquire igitur in figura Tauri signum, & lineæ transuersales tibi ostendent ♌ esse antiscium ♉. Primum deinde gradum quære in prima Tabula, & hic ostendet tibi e regione 29. quære postremum 34. minuta, & e regione inuenies 26 qui postremus numerus est gradus uigesimi noni. Primus enim gradus respondit gradui 30. idest a fine 29. usque ad finem 30. & minuta 34. respondet minutis 26. gradus 29. ex quo fit, ut ♄ antiscium sit in gr. 28. & M. 26. Hoc etiam hac ratione reperiri potest, locus planetæ subducatur de toto signo, quod reliquum est, eius antiscium est, sed illius signi, quod illi antiscium est. hoc modo.

♌ antiscium ♉	G. 30		
locus ♄ in tauri	G. 1	34.	
locus antiscii	G. 28	m. 26 ♌.	

Quantas opportunitates afferat hæc cognitio, alio loco tibi discendũ est: hic enim (ut sæpe diximus) non uerborum significationem, sed tantũm huius mundi litterarum Dei digito inscriptarũ lectionẽ docemus.

DE PLANETARVM RADIATIONE. Cap. V.

DIuturna prudentissimorum uirorum obseruatione compertum est, alios effectus in his inferioribus fieri, cum planetæ certo quodam spatio sunt inuicem distantes, alios uerò cũ alio spatio seiunguntur, quas inter se distantias radiationes dicunt, nonnumquam uerò, quòd his rationibus non distant, uel nihil, uel parum agere cernuntur. similitudine fidium nonnulli hanc rem exponunt, quę si inter se quadam ratione tonorum distant, suaues concentus emittunt, sin contra penitus dissonare sentiuntur: at hęc nostro proposito aliena sunt, qui rem describere tantum, & sub oculos ponere uelimus omnibus penè rationibus omissis. Planetarum igitur, & signorum radia-

FIGVRA OSTENDENS SIGNA IMPERANTIA OBEDIENTIA, ET SE ODIOSE CONTVENTIA.



Ecce luna etiam non ſplendet, & ſtellę non ſunt mundę in conſpectu eius. Iob.25.

radiationes quatuor ſunt, quæ,& aſpectus dicuntur, ſextilis, quadratus, trinus, oppoſitio, qui his caracteribus breuitatis cauſa ſcribuntur ✱. □. △. ☍. ſextilis Planetarum aſpectus eſt cũ aliquis Planeta ab alio Planeta duorum ſignorũ ſpacio ideſt, 60.G.diſtat,cum trium ſignorũ, uel Gra. 90.eſt □.cum quatuor ſignorum,uel grad.120.△.eſt.cum per ſex ſigna, uel Grad.180.eſt ☍.quod idẽ de ſignis omnibus,& de quolibet Zodiaci puncto dictum ſit cum uerò in eodẽ gradu,& minuto duo Planetę ſunt tunc coniuncti dicũtur,& hoc caractere ſignantur ☌.Hi uerò aſpectus. non ſolum conſiderantur inter ipſos Planetas,uerum etiam inter Planetas,& ſtellas fixas,ſed omnium maximè ☌.uirtutẽ enim unitã magis age compertiſſimum eſt.

In aſpectibus illud ſciendum eſt, quòd aliquam habent latitudinem ut ita dicam,ideſt,non ad unguem in his diſtantiis conſiſtũt, ſed per aliquod ſpacium ante,& poſt(quod ſpacium Planetarum orbes dicuntur) eadem inferioribus agere compertiſſimum eſt.hos autẽ orbes in ſequẽti tabellula cernes, deinde apectuum figuram,& eius uſum habebis.

Stelle fixę magnitudinis.	Primæ. G.7.30		♄G.10 0	♀G.8.0	
	Secundæ.G.5.30		♃ 12 0	☿ 7.0	
	Tertiæ. G.3.30		♂ 7 30	☽ 12.30	
	Quartæ. G.1.30		☉ 17 0		

ut omnes ſuperiores configurationes cognoſcantur pręſciendũ eſt primũ ſignorũ cõfigurationes,q̃ figura cognoſcũtur.hoc modo ♈ radiationes ſcire uelim:pone indicẽ,qui in mobili rota protenditur, ſuper principium arietis,& ſtatim uidebis ſextilẽ dextrũ cadere in primũ G.♒, □, in 1.G.♑,△,in 1.G.♓.oppoſitum in primũ G.♎.ſiniſtrorſum uerò ✱ in 1.G.♊.in 1.gr.♋, □,in 1.g.♌.Hoc facito in ceteris ſignis,& ſignorũ gradibus,atq; minutis,& eris uoti compos. Hac ratione Planetarum configurationes habebis,ut exempli gratia ſcire uolo hodie, qui eſt 13. Iulij 1586.quomodo inuicem ſe intueantur Planetę primum ☉ eſt in Grad. 21.♋ ibi colloca indicẽ ſi illius aſpectus ſcire cupis. ☽ eſt in G 13.♊,luna igitur nullum habet cum ſole aſpectum,cum nnlla ex quatuor radiationibus in mobili rota inſcriptis ad illam pertingat. ♄ eſt in 2.G.♉.neq. ulla eſt cum eo Soli partilis radiatio,ſed Platicus □ eſt. Partilis enim □. eſt ad G.21.♈.& ♄ ab eo loco diſtat G.11.☉ autẽ (ut ſupra dictum eſt)habet G.17.orbis ante & retro,eſt igitur □.ad orbem Solis,nõ aũt ad orbẽ Saturni,cum tantum ♄,10.G.orbis habeat,♃ eſt in G.30.♊,cum ☉ igitur nullum aſpectum: ♂ in 21.G.♊ nullum eidem aſpectum. ♀ in Gr.5.♌ eſt igitur ☉ cum ♀.platicè iunctus,cum ab eo diſtet tãtum G.14.☿ in G.30 ♊ nullũ aſpectũ igitur ſi ☽ aſpectus ad reliquos planetas ſcire cupis, ſimiliter operaberis.

DE

PLANETARVM ASPECTVS.



Nunquid coniungere ualebis micantes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi poteris dissipare. Iob. 38.

DE SIGNIS INCVNIVNCTIS. Cap. VI.

QVæ signa neque imperantia, neque obedientia, neque antiscia, neque ullòs inter se superiores aspectus habere possunt, inconiuncta dicuntur (hæc autem) quæ sint animaduertas: signa mobilia, quæ sunt (ut supra dictum est) ♈, ♋, ♎, & ♑ sũt inconiuncta cum signo sibi sequenti, & illius opposito, ut ♈ est inconiunctum cum ♉, & ♋: ♋, cum ♌ & ♒: ♎ cum ♋ & ♉: ♑ cum ♒ & ♌, signa fixa sunt inconiuncta cum signo sibi antecedenti, & sequenti, & horum oppositis, ut ♉ cum ♈, &, ♊, & horum oppositis ♓ & ♎, & sic de reliquis dicendum est: signa uerò communia sunt inconiuncta cum signo sibi proximè antecedenti, & eius opposito, ut ♊ cũ ♉, & ♋, & hæc omnia in huius capitis figura unico intuitu cernes. si illud animaduerteris, quòd signa incõiuncta cum mobilibus crassiori linea significantur, cum signis fixis duplici, cum signis communibus subtiliori, sed cum quæ transuersales sunt necessariò sint duplices pro aliis inconiunctionibus illis addidi apud signum quandam paruam lineam, quæ docet illic pro unica haberi pro sicilicet signis communibus.

SIGNA INCONIVNCTA



Omni negocio tempus est, & opportunitas.
Eccl. 8.

DE PLANETARVM NODIS, ET LIMITIBVS. Cap. VII.

PLanetæ omnes præter ſolem (ut in ſuperiori libro docuimus) ſub ecliptica nō ſemper uoluuntur: ſed modo in Septē trionem, modo in meridiem declinant, unde fit, ut in duobus tantummodo punctis eclipticam ſecent. quæ puncta nodi a Ptolomæo dicuntur, qui uerò punctus quodamodo fit a planeta dum a parte meridionali in ſeptentrionem tendit, nodus euehens dicitur, & caput dici poteſt, & ſcribi hoc modo ☊ ut in ☋ etiam oppoſitus uerò nodus unde in meridiem ex boreali parte proficiſcitur. Nodus deuehens, & cauda etiam uſurpatur, & ita pingitur, ut a nobis in ſequenti figura ☋, ut in luna etiam aliis quoque nominibus uocantur, quæ oſa nihil dicere attinet, ne lectoris mens confundatur. Duo ex hoc capite nobis precipuè colligenda ſunt: alterum eſt unico intuitu ubi ſint hi nodi intueri, quod in figura facilè fit, & licet non ſemper in eodem loco perſiſtant (mouentur enim cum octaua ſphæra, ideſt ad motum octauæ ſpheræ) ob id iiſdem locis multis annis quodammodo perſiſtunt. Ad quid autem conferat hos nodos ſcire Ptolomæus tradit. Alterum eſt, ut ſciamus, quando planeta ſit borealis, & quando ſeptentrionalis. Nam cum eſt a ☊ ad ☋ ſecundum ſignorum ordinem ſeptentrionalis eſt, cū uerò a ☋ ad caput ſecundum pariter ſignorum ordinem meridionalis eſt. Vt exempli gratia Hodie die 9. Iulii 1586, ♄ eſt in Grad. 1. m. 42. ♉ eſt igitur meridionalis, & deſcendit ad uentrem auſtralem ad maiorem ſcilicet latitudinem, quam habere poteſt hic Planeta: latitudo enim Planetæ dicitur hæc diſtantia Planetæ a linea ecliptica, quæ ♄ eſt a parte boreali G. 3. 2¹. auſtrina G. 3. 5¹. ♃ G. 2. 4¹. borea, auſtrina uerò G. 2. 7¹. ♂ in boreati parte G. 4. 30¹. iu auſtrali G. 6. 50¹. ♀ G. 6. 22¹. in parte boreali in meridionali uerò G. 6. 22¹. ☿ iu boreali G. 4. 5¹. in auſtrali G. 4. 14¹. lunæ uerò in utraque parte eſt Grad. 5. illud præterea ſciendum eſt, quod dum Planeta a capite ad limitem, uel uentrem boreum aſcendit, boreus aſcendens dicitur, dum uero ab hoc limite ad caudam uadit, boreus, uel ſeptentrionalis deſcendens appellatur. Dum uero a cauda ad uentrem auſtrinum uadit, auſtralis deſcendens eſt, dum ab hoc uentre ad caput properat Meridionalis, uel Auſtralis aſcendens dicitur. Hæc omnia in ſequenti figura unico intuitu cernes prætérquam ☊ & ☋ lunæ qui nodi cum moueantur quotidie, 3, & nonnulla ſecunda, nullum certum terminum ei aſſignari poteſt, qui diu perduraturus ſit, ob id ex ephæmeridibus petendi ſunt.

DE

FIGVRA NODORVM ET LIMITVM PLANETARVM.



Verbo Domini cęli firmati ſunt, & ſpiritu oris omnis eius uirtus eorum Pſal. 32.

DE VARIABILI COELI DIVISIONE. Cap. VIII.

COelum in superioribus capitibus diuisum est in duas medietates, in quatuor partes, & in duodecim signa, quæ diuisio immobilis, & perpetua est. Aliam quoque diuisionem persequimur hoc loco, quæ non ut superior est permanens, sed in perpetua permutatione uersatur, & uarias, & diuersas mutationes, & differentias sortitur. Hæc autem hoc modo fit: primum per meridianum circulum in duas æquas partes distribuitur, & quæ pars, est orientē uersus ascendens dicitur, quippe quæ perpetuo ascendit, quę uerò occidētem uersus est, descendens est & appellatur, si uerò cęlo sic diuiso addiderimus horizontem fiunt quatuor quartæ, quarum prima, est ab oriente ad cæli medium: secunda ab hoc loco ad occidentem: tertia ab occidente ad mediæ noctis; lineam; quarta a media nocte ad orientem. Quælibet autem harum quartarum rursus in tres diuiditur super æquatorem ęquas partes, quæ mansiones, domus, domicilia, Hospitia, habitacula, dicuntur. His autem nominibus additur ordinis numerus, ut domus prima sit illa, quę est ab oriente prima sub Horizonte secundum signorum ordinem, quę sequitur secunda, & sic usque ad 12. ut in sequenti figura patebit in quam solent Astrologi hāc rem distribuere, licet plerūque fiat quadrata: hęc tamen nobis magis cęlum refert, ob id accommodatior uidetur, superioribus aūt quartas suas tribuère Astrologi qualitates, ut & his, quę anni quatuor tempora conficiunt. Nam primam, quæ est a Solis ortu usque ad cæli medium, & complectitur domos 10. 11. 12. dicunt Masculinam, orientalem, aduenientem, & secundum Arabes sanguineam, puerilem, uernalē, quam tamen siccam dixit Ptolomæus, quòd Sol cum in ea est humiditatem noctu genitam desiccat: quodque ab ea uenti excitantur, qui subsolani dicuntur, qui sicci sunt.

Secunda cæli quarta, quę est a medio cęli ad finitorem occidentalē, & constat ex 9. 8. & 7. domo Arabibus dicitur calida, & sicca, a qua sentētia Ptolomæus minime recedit, tum quòd Sol in M.C. constitutus, & ad illam partem properans eam calefacit, & siccat, tum propter uentos notos, qui maxime calidi sunt, & ab illa regione flant.

Tertia cęli quarta est a finitore occidentali usque ad lineam mediæ noctis, & continet 6. & quartum domum, quę masculina est occidentalis, & adueniens, & ut Arabes uolunt, masculina, frigida, & sicca, melancolica est. Ptolomęus tamen, uoluit, ut esset humida: quòd cum Sol ad eam peruenit humiditas, quæ interdiu exsiccata fuit incipit diffundi, &

fauo-

FIGVRA XII. DOMOS OSTENDENS



Tuus est dies, tua est nox, tu fabricetus es auroram, & Solem. Psal.73.

fauonij ab ea parte flantes teneri sunt, & madidi.

Quarta denique quarta, quæ continet primam, secundam, & tertiam: domum est a linea mediæ noctis usque ad finitorem orientalem. est fœminina Septentrionalis, flegmatica, hyemalis recedẽs, quod a Ptolomeo non ualde disentit, cum dicat illam frigidam esse, quod dum sol meridianum sub terra latentem conscendit longissime a nobis abest, tum qd̃ uenti aquilonares ex ea parte surgunt frigidi sunt, & gelu adducunt.

Alia quoque ratione considerantur hę domus. Nam quatuor angulares dicuntur, quæ sunt prima 4ª. 7ª & 10ª. quatuor succedentes, quæ scilicet has quatuor succedunt, quæ sunt 2ª. 5ª. 8ª. 11ª. reliquę uerò quatuor dicuntur cadentes, quę sunt 3ª. 6ª. 9ª. & 12ª. angulares fortes, sunt succedentes minus fortes cadentes penitus debiles sunt, hoc scilicet modo Planetę in illis domibus existentes sic se habent: datur tamen & inter has ordo quędam, ut domus 10ª. 12. fortitudines habeat, prima 11. Vndecima 10. septima 9. nona 8. quarta 7. quinta 6. secunda 5. octaua 4. Tertia 3. Duodecima 2. sexta 1. Hæc hactenus.

DE VIRIBVS PLANETARVM RATIONE LOCI, IN quo reperiuntur in Zodiaco. Cap. IX.

DE uiribus Planetarum, quas ipsi Sortiuntur ratione Zodiaci partis, in qua reperiuntur tractaturus in hoc capite quatuor collegi, quæ sunt Domus, exaltatio, triplicitas, & termini, unà cum eorumdem casibus, & detrimentis, & in unica figura accommodaui, quę infra apposita est. illud igitur sciendum est, quòd re ipsa multis ante seculis cognitum est, quòd Planetæ diuersas sortiuntur fortitudines non solum ratione suorum orbium; uerum etiam tum ratione Zodiaci decimę sphære, tum ratione stellarum fixarum, quibus cum ipsi copulantur, de superioribus fortitudinibus supra tractatũ est: de secunda uero ratione nunc agemus, sed breui uia, ut nostrum propositum est. Ex duodecim igitur Zodiaci signis unicum sibi sumit ☉ quod leo est, in quo cum reperitur suam uim intendere tamquam in domo sua omnibus compertissimum est, luna uerò eodẽ modo afficitur in ♋. quæ uerò duo signa proximè, & ante & post hęc duo Solis, & Lunæ signa reperitur Mercurio tribuuntur, quæ sunt ♊, & ♍, sed ita ut ♊ dicatur diurna domus, quod in illo signo melius afficiatur in die, quàm in nocte, & ♍ dicatur nocturna, quòd melius in illa in nocte afficiatur, quàm in die, quæ uerò hęc duo signa contingunt, & sequuntur hoc ordine Veneri adscribuntur, quę sunt ♉, & libra sed ♉ nocturna, & ♎ diurna domꝰ

dicitur

dicitur eadem ratione, qua de ♀ dictum est, signa uerò quę hæc dicta complectuntur dantur ♂, & sunt ♈, & ♏. sed in die ♈, & in nocte ♏ duo itidem dantur ♃ in die ♐, & in nocte ♓, reliquæ duo ♄ relictę sunt ☽ in nocte, & in die ♒, in colligendis autem Planetarum fortitudinibus domui quinque fortitudines adscribuntur. secunda Planetarum dignitas exaltatio, uel regnum dicitur. quod dum in illo signo reperitur Planeta ualde letatur, & in aere suam uim præsefert ita, ut ualde mutetur. ut ☉ in ♈, ☉ in ♉ & illa ratio afferri solet, quòd cum ☉ arietem ingreditur ad semicirculum borealem ascendit, in quo dum uersatur in hac nostra Zona res generantur, & dies nocte maior fieri incipit, ut quandam uictoriam sibi comparare Sol uideatur. Luna uerò, quæ pariter ad generationem concurrit cum Sole ubi in ariete signo ad generationem accommodato cum sole iuncta fuit, in ♉ apparere, & quodamodo regnare, & in mundo dominari, incipit. Saturno uerò cum rerum interitus, & frigiditas maxime tribuatur merito in ♎ signo arieti contrario, exaltari dicitur, idest in eo suæ naturę maximam uim adiungi: ♃ autem in ♋ exaltatur, quòd ibi dum uersatur uentos septentrionales, qui maxime fecundi sunt, excitantur. fæcunditas autem ♃ maxime tribuitur ♂ autem cum naturam Ioui contraria fortitus sit, contrarium, uel oppositum signum sibi pro regno delegit, quod ♑ est: ibi enim suum calorem ita contemperat, ut nobis a quorũ Zenith maxime ibi uersans distat, utilem reddat. ☿ verò quippe quæ maxime humiditatem excitat in humido signo quod ♍ est exaltari dicitur. ♀ postremum cum sit Veneri natura contrarius in ♓ sua domo exaltatur. Huic dignitati Planetarum fortitudines colliguntur, quatuor fortitudines adscribuntur.

Cum autem Planeta in domo suę domui opposita reperitur in suo detrimento reperiri dicitur, quòd ibi maximo damno afficiatur, cum in signo suæ exaltationi contrario in suo casu est, quòd ibi sit quasi de sua sede motus, & de regno gressus.

Illud præterea admonendum est, quod nonnulli existimarunt Planetarum exaltationem non in toto signo, sed in certis gradibus fieri ita & casum, ob id in sequenti figura adscripsi hos gradus, ut quisque, quod sibi magis lubet, deligeret.

Triplicitas autem Planetarum, quædam dignitas est, quam in signis habent Planetæ, quæ trigona radiatione inter se copulantur, quę signa licet temperatura minime conueniant, ob sexuum tamen cõditionem, & trigonum radium inter se conuenire uidentur, & ob id certorum Planetarum gubernationem, & dominium Sortita sunt.

Omnia igitur signa in quatuor triangulos diuiduntur, & quilibet triã

gulus

gulus tria ſigna continet unum mobile unum fixũ, & unum commune.

Primus autem triangulus conſtat ex ♈,♌,♐, maſculinis,& diurnis ſignis.Arabes hunc triangulum uocant igneum, & illius imperium tribuunt ☉,& ♃,quippe qui maſculi,& diurni Planetæ ſunt:in die tamen primum locum tenet ☉,ſecundum ♃, at in nocte contraria ratione ſe habent. Arabes hunc trigonum orientalem dicunt,ſed Ptolomæus Bortholibicum, ideſt medium inter boream, & Africum, uel ex his duobus permixtum dicit. ♐ domus ♃ uentos Septentrionales excitat, & ♈ domus ♂ Occidentales, ☉ autem nullum proprium, ſed omnes communiter uentos excitat.

Secundus trigonus ex tribus ſignis fœmininis conſtat,atque nocturnis,quæ ſunt ♉,♍,& ♑,& terreum trigonum Arabes hunc dicunt, & ei cum Ptolomęo Dominos tribuunt ☾ & ♀: ita tamen,ut in dominatione diei præcedat ♀. Hunc dicunt Arabes Meridionalem ſed Ptolomæus Auſtriſolanum:♉ enim, cui dominatur ♀, meridionales uentos excitat, qui cum oriente communicant propter ♑,cui dominatur ♄, qui pro ☾ uentos excitat,☾ enim cum ſole omnes uentos excitat.

Tertius triangulus ſit ex ♊,♎,♒,quæ ſigna maſculina,& diurna diximus,hunc triangulum dixerunt Arabes aereum, & in illo dominari ♄, & ☿ uoluerunt.ita tamen ut Saturnus primas partes ſibi ſumat interdiu, noctu uero ☿:cenſuerunt etiam Arabes hunc eſſe occidentalem.ſed Ptolomæus Borrapelioticũ eſſe ſcriptum reliquit,id eſt mixtum ex borea, & ſubſolano. Venti enim a ♄ prouenientes,ut ſuperius dictum eſt, ſunt orientales,qui tamen communicãt cũ borea propter ♃, qui borealis eſt.

Quarta triplicitas conſtat ex ♋,♏,& ♓,quæ ſigna fæminina ſunt, nocturna,& aquea. Huius autem primus Dominus eſt ♂,cui in die aſſociatur ♀,& in nocte ☾. Hunc trigonum Arabes dixere Septentrionalem,at Ptolomæus Notolybicum uocãt; quippe qui uentos occidentales excitat propter ♂ dominum,ad meridiem tamen etiam declinat propter ♀.

Hic licet Dei omnipotentis ſummam ſapientiam animaduertere, qui cum uoluerit omnia corporea corruptibilia ex calido,frigido, humido, & ſicco conſtare,ita in obliquo circulo eam uires diſtribuit, ut planetarum motu has primas qualitates in hęc inferiora uel influeret,uel excitaret,aut generaret, & nutriret,atque conſeruaret. uentique excitantur, ſine quibus omnia corruperentur,nauigatio concideret,& (ut uno uerbo omnia complectar) nulla noſtra uita eſſet.

Vt huic capiti finem imponamus, reliquum eſt, ut de terminis agamus,quę ſunt quędam ſignorum partes,in quibus planetæ alicuius non autem aliorum uires,& qualitates uigent,ut dum in illa parte uerſatur il

lius

DE PRAECIPVIS PLANETARVM DIGNITATIBVS.



Opera manuum tuarum sunt cœli. Psal. 101.

lius planetæ, cuius illa pars sit, qualitates sibi sumat, vt primi sex gradus ♈ sunt ♃, & si in illis reperitur ♃ in suo termino esse dicitur, & bene affectus est, sin alius Planeta ibidem erit ♃ qualitatibus afficietur. Hos autem terminos in sequenti circulo distributos habebis. sed animaduertat etiam lector, quod alij termini sunt Arabũ, alij Ptolomæi, nosq; Ptolomæum sequimur. Huic dignitati tres fortitudines tribuuntur ab Astrologis.

Sequentis autem figuræ vsus ille est. Die 27. Iulij 1586. scire desidero Iouis fortitudines primũ in ephemeride ♃ esse in Gr. 3. ♋ perspicio. Deinde in circulo sequenti, & in parte interiori inuenio signum ♋ super quo lingulam mobilem, & illi circulo affixam pono, sed ita, ut super Grad. 3 eiusdem signi (qui gradus sunt in parte exteriori eiusdem circuli) tum video quid sit sub linea, quæ significatur per illam lingulam primum video domum esse ☉ nocturnam, detrimentum ♄, casus ♂. triplicitas ♂. ♀. & ☉ exaltatio ♃, & terminus Martis, & hæc omnia vnico intuitu cernes, quam commoditatem maxime ex hoc meo libello consequeris. idem de cæteris planetis dictum sit.

DE PLANETARVM CARPENTIBVS, & almugea. Cap. X.

IN carpento esse Planeta dicitur, cum in duabus, uel tribus suarum dignitatum supra descriptarum reperitur, ut cum ♃ est in Grad. 13. vsque ad 20. G. quòd tunc est in sua exaltatione, & termino. vel cum ☿ in ♍ versatur, quòd tunc est in domo, & exaltatione, & si est in Gradibus primis 7. eiusdem signi in tribus versatur dignitatibus, in domo, exaltatione, & termino.

Almugea verò siue persona est, quoties singuli Planetę eo modo cũ Sole, aut cum Luna configurantur, quo domus ipsorum cum luminarium domibus, ita tamen, vt ad Solem sint occidentales, & ad Lunam orientales. Planeta ergo in Solis almugea esse dicitur cum a Sole tot signis distat, quot a ♌ prima domus eius, quæ subsequitur secundum successionem signorum distat. In Lunæ verò almugea est, quando tot distat signis, quot domus planetę, quæ subsequitur contra signorum ordinem distat, quæ omnia in sequenti volubili rotula cernuntur. Cuius vsus talis est. Nunc scire volo, numquis planeta sit in Solis almugea primum video in Ephæmeride Solis locum, & eum in Leone esse conspicio: tum Solem, qui in volubili rotula depictus est ad ♌ euoluo, considero, deinde singulos planetas in ephæmeride, num sint in illis signis,

in quæ

ALMVGEA, VEL PERSONAE PLANETARVM FIGVRA.



Fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum.
Psal. 103.

in quæ cadunt planetę in ſequenti rotula & figura circulari dum ſol eſt in leone, & uideo in ephemeride ☿ eſſe in ♋ in ſequenti rota cadit in almugea Solis in ♍: non eſt igitur in almugea Solis, ♀ in ephemeride eſt in ♌, quę deberet eſſe in ♎ ut eſſet in Solis almugea, ut in rotula conſpicitur ♂ in ♋, eſt & in almugea vt eſſet deberet eſſe in Scorpio, ♃ eſt in ♋, & in ſequenti almugea eſt in ♓, ♄ in ♈, & eius almugea, ut licet uidere in ſequenti rotula Sole exiſtente in ♌, eſt in ♑. Idem de Luna faciendũ eſt, uide in ephemeride Lunæ locũ, & in quo debes in ſe uẽti rotula Lunam collocare, deinde ſingulos planetas conſidera. Hæc quidem dignitas maximam uim habet, diligenter igitur conſideranda.

DE PLANETARVM GAVDIO, ET EORVM COLlatione ad Solem. Cap. XII.

TVnc Planeta dicitur eſſe in ſuo gaudio iuxta Ptolomæi ſententiam cum eſt in ſui amici domo, ut cum ♂ eſt in ♉, uel ♎ domibus ♀, quę una illi amica eſt. at hęc dignitas omnium minima eſt. Hæ autem dignitates, ut intelligatur ſciendum eſt qui Planetæ ſint inter ſe amici, id quod in ſequenti tabella cernitur.

	♄ ſunt	♃, ☉, ☽	inimici	♂, ♀.
	♂ eſt ♀ inimici ceteri omnes, ſed magis ♃ & ☉.			
	☉ ſunt	♃, ♄	inimici	♂, ☿, ☽, ☉.
Amici	☿ ſunt	♃, ♀, ♄, ♃	inimici	☽. ♂. ♂.
	☽ ſunt	♀, ♄, ♃	inimici	☿. ♂.
	♌ ſunt	♀, ♄	inimici	♄. ☉ & ♃.
	♍ ſunt	♂	inimici	☽ & ♀.

Aliud etiam eſt planetarum gaudium in domibus. Nam Sol gaudet in

9ª. domo

9ª. dum Luna in 3ª. ♄ in 12ª. ♂ in 6ª. ♀ in 5ª. ☊ in 11ª. & ☿ in prima.

Planetarum præterea uires augentur, uel minuuntur ratione habitudinis ad Solem: Nam dicuntur combusti, sub radiis, in corde Solis, orientales, occidentales, matutini, & uesperini, aucti & diminuti lumine, quibus rationibus eorum uires, uel augentur, uel minuuntur. Planeta enim combustus est, cum minus sui orbis medietate a sole distat, quod fit tam ante, quàm post Solem. Tunc autem Planeta maxima debilitate afficitur: sub radiis uerò cum licet elongetur extra medietatem sui orbis, est tamen intra quantitatem, quam aggregatum orbium amborum componit, quæ debilitas minor est. In corde uerò solis est, cum ei secundum longitudinem, & latitudinem tanto spacio iunctus est, quantum solis & Planetæ semidiametri conficiunt, quod spatium, ut plurimũ est ser. 19. tum Planetam dicunt astrologi suas uires conduplicari.

Combustionem alii alia ratione considerant, dicunt enim Planetam tamdiu cõbustum esse, dũ ita est soli propinquus, ut minime cerni possit, quod diuersis Zodiaci partibus tũ propter ipsius Zodiaci tũ propter Horizontis obliquitatẽ diuersa distantia ab ipso Sole accideret solet.

Orientales præterea dicuntur ♄. ☊. ♂. cum oriuntur ante solem, quod sit a ♂. usque ad ☍. occidentales uerò ab ☍, usque ad ♂, quòd post solis ortum ipsi oriuntur, qua ratione quatuor sortiuntur status, quorum primus est ab eo tempore, quo incipiunt apparere mane ante Solem usq; ad primam stationem, quo tempore planetæ humidi sunt, secunda status est a statione prima, quoad incipiunt oriri noctu, quo tempore calidi sunt. Tertius est a nocturno exortu usque ad secnndam stationem, & tum desiccant, quartus a secunda statione ad ortum matutinum, & tunc frigidi sunt, seruatis tamen suis propriis qualitatibus.

♀, & ☿ dicuntur orientales cum Solem præcedunt, occidentales cum solem sequuntur.

☽ uerò est orientalis ab ☍ ad ♂. occidentalis a ♂. ad ☍. quo tẽpore maxime uiget, & habet ad Solem quatuor status: primus est a ♂. ad primam □, & tum magis humida, quàm calida est, secundas a prima □, ad ☍, tunc magis calida. Tertius ab ☍, ad secundam □ & tunc magis sicca: quartus denique a secunda □ ad ♂ & tunc magis frigida, quàm humida est.

Planetæ præterea aucti lumine dicuntur, cum a Sole recedunt, uel dũ Sol ab eis recedit: minuti uerò lumine, cum ad Solem accedunt, uel Sol ad eos accedit.

Multa alia considerantur in planetis, quæ consulto prætermisi, quod non possunt lineis, uel circulis ob oculos poni, cum ea hic tantum describamus, quæ oculis absque ullo labore homines cernere possunt,

ubi ſemel has rotulas intellexeris.

Iã nauis ipſa mentis,& rationis,cui pixidẽ in primo libro dedimus,lõga nauigatione tum uela, tum malos,tum rudentes partim attritas partim fracidas habet, ex quo fit,ut hoc ſecundo portu conquieſcẽdum ſit,tum ut hęc omnia ad nouam nauigationem reſarciantur,tum ut ego nauigando defeſſus aliquantulum conquieſcam, non quod in quiete dum in terris uerſamur, qui ad agendum,& contemplandum nati ſumus ſit noſtrum bonum, & noſtra felicitas, ſed ut robuſtiores ad laborem ſurgamus. Hic igitur Dei auxilio uires reſumamus.

SECVNDI LIBRI FINIS.

THEATRI MVNDI ET TMEPORIS

Liber Tertius.

IOANNE PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE.

LIBRI SVMMA.

Quo loco sit Sol, & Luna quotidie ostenditur, cęleste thema sine computis erigitur, quo ta hora Sol oriatur ad cæli culmẽ perueniat, & occidat traditur, idque omni horarũ genere, & diuersis mundi regionibus, unà cum planetarum horis, & quomodo omnes horæ inter se permutentur: & ceteri planetæ pariter oriantur, ad lineam meridianã perueniant, & occidant, alia ratione per tabulas, scilicet uerus Solis ortus, & meridies, & tempora horaria cognoscantur. Locorum hilegiealium profectiones annuæ, & mensurnæ tredecim figuris sine computis traduntur. Qræ signa humanis membris dominentur, facilè cernitur. De diebus criticis secundum astrologos, & de alijs multis ad medicum pertinentibus agitur.

QVOMODO IN SEQVENTI ROTVLA QVO LOCO Sol, atque Luna quotidie reperiatur, ingressus Solis in duodecim signa, & quatuor anni tempora, & alia maxime utilia cernuntur. Cap. Primum.

QVantas mutationes suscipiant hæc inferiora ratione loci, in quo tum Sol, tum Luna sub Zodiaco peram bulant tã notum est, quã quod maxime. Hæc autem loca non ignorare, tum ad res humanas, tũ ad Deũ illorũ creatorẽ cognoscendũ conducere, quis igno rat? id igitur ut oũs intelligant, cum omnibus cõsul- tum uelimus, quã facillima rõne trademus, sed prius figurę partes diligenter inspicias oportet, & animaduertas duo in ea contineri

contineri Zodiacum primum,& anni menses immobiles, & duæ rotulæ in medio filo infixæ sunt sed mobiles, Zodiacus est in duodecim signis suis caracteribus inscripta distributus & quodlibet signũ in triginta gradus, qui suis numeris quolibet denario inscripti sunt, ut uidere licet 10. 20. 30. & ita deinceps. Interiùs uerò est annus in duodecim menses diuisus, & singuli menses in suos dies, quibus sui numeri respondent. Hæc de parte immobili, mobiles duæ rotulæ sunt, quarum maior continet in extrema parte dies ætatis Lunæ, qui 19. ½ sunt: tot enim dies elabuntur inter duas Solis coniunctiones, Minor uerò rotula continet indicẽ, qui locum Lunæ in Zodiaco indicat, & in rotula inest foramen, ex quo cernitur in rotula sequenti illã Lunæ partem, quæ apparet hominibus cum ea ætate est, quam ostendunt numeri sub indice positi in maiori rotula mobili: præterea insunt lineæ, quę lunę aspectus ad Zodiaci partes ostendunt. ut infra explicauimus, cum igitur uis scire, quo Zodiaci loco sit Sol, sic agendum est. indicem, qui in maiori rotula mobili est, pone super mensis diem, in quo id scire uolueris, deinde uide, qui Zodiaci gradus sub eodem indice sit, & eris uoti compos: exempli gratia scire uolo die 23. Augusti ubi sit Sol, super illam diem pono indicem, sub quam, & initium ♍ esse contingit, ibidem igitur Solem esse eo tempore confirmandum est. Anno tamen bissestili post diem intercalationis debes uti secundo die pro primo, & tertio pro secundo & ita deinceps usque ad finem anni. Sin autem eodem die scire uis ubi Luna sit, Lunæ ętatem inuestiges necesse est, uel per aliquam tabulam illius anni, uel per numeros epactales, ut in calendario Gregoriano, qui in sequenti libro est, ut exempli gratia scire uolo die 23. Augusti 1987. lunæ ętatem, ut per illam locum in Zodiaco cognoscã uideo in Calendario numeros epactales currentes esse, xxi. & hunc numerum cadere in 4. diem eiusdem mensis, collige omnes dies non ab illo in quo fit lunę coniunctio, sed cũ illo usque ad 23. & habebis 20. super diem mensis pone indicem maiusculę rotulæ, & super hunc numerum indicem minoris rotulę idem index in Zodiaco tibi ostendet Lunam esse in Tauro: sed cum luna sit in suo cursu uelox, non ad unguem gradum tibi hæc ratio patefacere potest. sic autem ambabus rotulis existentibus si feceris, ut filum, quod in medio rotularum prominet, cadat super finẽ lunarium aspectuum singulos lunę aspectus illius diei habebis: exempli gratia, pone filum super finem sextilis dextri, & produc usque ad Zodiacum, & uidebis cadere in ☍ □ in ♒, △ in ♉ ♂ in ♐ △ sinist. in ♍ □ in ♌ ✱ in ♋. Aliam quoque commoditatem ex hac rotula percipies, quando scilicet Sol signum mutet. Nam si indicem super principium signorum collocaueris in circulo

mensium

ROTVLAE AD INVENIENDVM LOCVM SOLIS, ET LVNAE IN ZODIACO.



Luminaria diuidant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora & dies, & annos. Gen. I.

mensium habebis, quod scire desideras. Hinc etiam colligitur, quando sit Ver, æstas, autumnus, & hyems, & quot dies hæc anni tempora contineant. Nam si animaduertas quando Sol ingreditur primam ♈ partem & quando primã ♋ quidquid dierum intermedium erit id omne ueri tribues, & quidquid inter initium ♋ & initium ♎ est, id omne estati datur, & inter initium ♎, & initium ♑ Autumnus est, postremo inter ♑, & ♈ est Hyems, & si quot dies in his partibus continentur numerare non grauaberis, & id tibi compertum erit, & hæc diligenter sunt animaduertenda, quòd ad usum sequentis rotulæ maxime conducunt, & ut superior est astrolabii dorsum, sic sequens est altera pars Astrolabii nonnullis tñ a me additis, q̃ studiosis oĩbus, & maxime medicis utilissima sunt

DE VSV SEQVENTIS ROTVLAE, QVI MVLTIPLEX est. Cap. II.

TAM multa cognitione digna sunt in sequenti rotula, ut ex iis liber conficeretur: ea tñ paucis oĩa perstringam, & prius rotulę partes deinde usum explanaturus sum. Ex quatuor partibus cõstat hæc figura: prima est rotula immobilis, & in libro inserta, secũda est hac minor, & in huius cẽtro affixa, & cũ illa cõcentrica, tertia minor quoq; est, & cũ illis duabus eccentrica licet illorũ centris affixa sit: debet enim filo affigi ubi in area illę duæ lineę se inuicem secant. quo loco & linea fiduciæ infigenda est, tamquam enim linea utimur ea, scilicet parte, quę a centro proficiscitur. Rotula maior habet tres partes interior pars, & numerorum series habet diuisionem 24. horarum, quæ incipiunt (ut apud nos in usu est) ab occidẽte sole. Secunda pars est alius numerorum ordo 24. scilicet horarum sed opposita ratione a Solis ortu incipit. tertia uerò pars exterior est, & in circuli dorso, quę notis nigris, & albis utrasque horas in 12. partes distribuit, ut quælibet nota quinque minuta complectatur. In hac prętera figura, & in ceteris, in quibus de cælorum motibus agitur pars dextera est ubi Sol occidit, sinistra uerò ubi oritur, quod contra accidit in his, quæ ad Geographiam attinẽt: illi enim in suis contemplationibus ęquatorem respiciunt, quippe qui semper uniformiter mouetur: hi uerò Polum intuentur, ut aliquid stabile habeant, quò suum iter dirigant.

In secunda rotula, quę huic infigenda est, in dorso pariter adest eadẽ diuisio, quæ in prima, sed alterę horæ incipiunt a meridie, alteræ a media nocte cum notis albis & nigris diuidentibus singulas horas in 12. partes,

ROTVLA MVLTIPLICEM VSVM PRAESTANS.



Qui pręcipit ſoli & non oritur, & Stellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Iob. 9.

HORIZON
HORIZON

LINEA FIDVCIÆ



tes,in aerea uerò circuli primũ adſunt tres circuli, uel peripheriæ,quarũ prima eſt,quæ diuidit ſeriem numerorum ab area circuli,& utriſque cõmunis eſt,quæ tropicus intelligitur,alia eſt ſtrictior,quę æquinoctiale eſt, tertia adhuc ſtrictior,quæ tropicus cancri eſt,quę tres peripheriæ ſuper eodem centro circuli deſcriptę ſunt.

In eadem area ſunt præterea quinque dimidii circuli,uel peripherię cum duobus lineis rectis ſeinuicem ſecantibus, quæ omnes duodecim cæli habitacula,uel domos nobis indicant,ut in numeris adſcriptis apparet,ex duabus tamẽ lineis rectis una eſt,quæ nullo numero notata eſt, quòd nullam domum hic indicat,ſed ſolum horizõtem in ſphæra recta nobis ob oculos ponit, adſunt pterea ſub illa linea,quæ HORIZON inſcripta eſt, decẽ lineæ in arcus forma ductæ,ſed punctis tantumodo deſcriptę,quæ unà cum linea Horizontis,& linea meridiei,quæ linea recta eſt in alterius extremitate 10. inſcripta eſt, quod ibi ſit initium decimæ domus, & in alterius 4. quod ibi ſit initium quartę domus, duodecim ſpacia conficiunt,quę nobis 24. horas planetarias,& inęquales indicãt, & hæ ſunt his numeris inſcriptæ ab.1. uſque ad 12. & quæ linea numeris notata eſt finem illius horæ,quę aſſcripta eſt, & principium ſequentis indicat:in medio uerò circuli ad eſt numerus qui loci latitudinem indicat,ubi illo circulo utendum ſit: propter hanc cauſam ſex confecimus ad diuerſas latitudines, ut quàm plurimis hic noſter liber utilis ſit.

Tertius circulus eſt ceterornm minimus,qui duobus ſuperioribus,& eodem filo figendus eſt,ubi lineę rectæ,quæ in area ſunt,ſe inuicem diuidunt,qui punctus Arcticus noſter intelligitur,hic nihil aliud habet, quã Zodiacum cum ſuis duodecim caracteribus ſignorum, & quodlibet horum in tres partes diuiſum eſt, & ſuis numeris 10. 20. 30. inſcriptum, qui gradus nobis indicant, poſtremò in exteriori circuli parte ſunt gradus albi,& nigri,& in ſingulis ſignis 15. qui nobis triginta gradus ſignorum referunt,quælibet enim pars, uel alba, uel nigra duos gradus complectitur.

His autem omnibus,& eodem filo infigitur linea fiduciæ eo loco,ubi hoc ſignum eſt,o, quæ omnia ſic accommodata eum nobis præſtant uſum,quem infra docturi ſumus,ſed primum inſpice rotulas,& cognoſce quæcumque hactenus dicta ſunt,nę in illius uſu aberres.

De cęlesti themate erigendo, & de eius necessitate ad medendum.

QVantam utilitatem afferat medicis cęli situm inspicerè, cum quis ęgrotare, cępit testis est Mercurius trismegistus in suo libello iatromathematica inscripto. Galenus in libello, cui tiulum fecit Prognostica de decubitu ex mathematica scientia testis est Ioan. Asppurtus medicus, & Astrologus celeberrimus testis Fridericus Chrisogonus nobilis iadertinus medicus pariter, & Astrologus, qui superiorem rotulam fluxus, & refluxus maris inuenit, & in lucem edidit unà cum aliis ad medicum Astrologum maxime pertinentibus. Quam sit utile medicũ tum ad prognosticandos, tum ad uitandos, tum ad curandos morbos habere situm cæli illius temporis, quo quis nascitur, testes sunt hi omnes, & prę sertim Marsilius Ficinus in libello de triplici uita, & Ptolomęus omnium maxime unà cum tota Astrologorum schola, & medicorum, qui Astrologiam degustarunt. De quo Augustinus Niphus Suessanus medicus, & Astrologus celeberrimus in suo libro de diebus decretorijs libro tertio enunciato septimo sic inquit, Animaduersione dignum, quod ubi signa hęc cum genitura rationem habuerint (exposuerat enim ante, quę animaduertenda sint signa in morbi themate) Mathematicus potest firma prędictione pronosticari, & de exitu, & de morborum cursu; ubi uerò ignoretur genitura, nullaq; cum illa ratio habeatur, de bono, uel malo morbi statu, ac cursu prędicere potest, non autẽ de fine certa, & indubitata prædictione. Illud quoque est eiusdem libri enunciatum secundum. Morbus, qui cęperit eo anno, quo eclipsis cõtingit in Ascendente genituręę, uel annuę conuersionis partiliter exitiosus est. Hoc autem sine genitura quis scire poterit? illud quoque est enunciatum tertium. Morbus, qui cęperit eo anno, quo trium, uel duorum superiorum coniunctio contingit in ascendente genituræ, annuęuè cõuersionis alicuius ægroti, lętalis est. Ad id quoque geniturã habere opus est, & eam diligenter considerare, quod multis aliis in locis tradit, & Fridericus Chrisogonus in lib. de pronosticis ægritudinum per dies criticos ca. 3. inquit, ideo ad perfectum habendum iudicium ægritudinis, & exitus eius necesse est & ad radicẽ, quę natiuitas est respicere quãobrẽ hoĩum genituras cõstituere necesse est ut de morbis iudices, qui ab ipsorum corporum habitudiue pendet, non de actionibus, quę ab ipsa hominum libera uoluntate proficiscuntur; Quod neque contra decretum Tridentini concilij, neque Sanctissimi nostri Sixti Papę est. Animaduertant tamen medici, qui hac ratione prædicendi usuri sunt, ne plus huic

ſcientię tribuat, quàm ei Deus tribuerit. Nam & hæc ars contingens eſt, ut & medicina, id docuit Ptolomæus cum de Aſtrologię utilitate uerba faceret, & diuus Thomas qui ambabus uut ut moderatè utamur. Vult enim ut qui morbos præuidet, ab ijs ſibi cauere poſſit, ſi diligentirm, & prudentiam adhibuerit: poteſt enim morbus accidere homini, uel imprudenti mutata uiuenti ratione, aliquo caſu, mutato loco ad habitandum, & ceteris huiuſmodi, poteſt & ipſe Deus, qui omnia poteſt bonos, & malos influxus auertere, uel precibus motus (ſi hoc uerbo uti licet) uel alia de cauſa, quæ in cor hominis non aſcendit. Hęc dicta ſint pro iis, qui uel nihil, uel nimium huic ſcientiæ tribuunt. cęleſte aũt thema erigere ad aeris mutationem præcognoſcendam, quod tum agricolis, tum nauigantibus utile eſt, maxime conducit, ut teſtatur Ptolomęus in quadripartito. Iure optimo igitur qua ratione, id faciendum ſit, docebimus.

Neque id facturi ſumus quo modo in ephemeridibus traditur, quòd illum modum medici renuunt, & non ſatis ſibi temporis eſſe teſtantur, quo id facere poſſint, licet ille modus ſit certior, atque tutior, ſed docturi ſumus. quomodo id penè ſubito ſuperioribus rotulis fieri poſſit nullo computo, nullaque ratiotinatione, ſed facili harum circulorum motu.

Primum igitur hæc tibi nota eſſe debent annus, menſis, dies, hora, & horæ ſcrupula, ſi adſunt, quo tempore cœleſte thema ſcire cupis. his autem cognitis, uide quo loco Zodiaci ſit eo die Sol per rotulam in ſuperiori capite poſitam, illum locum perquire in circulo minori in hac figura ſuper ceteros poſito, ſuper quem locum debes lineam fiduciæ aliquantulo cerę firmare. Zodiaco ita firmato cum linea fiduciæ utere, ut infra.

Debes præterea animaduertere, quo loco hæc actio fiat, tum ut rotula ſecunda adhibeatur, quæ ad tuam latitudinem, uel uicinioremcondita eſt, tum ut genus horarum ſcias: hic enim adſunt quatuor horarum genera, ut dictum eſt.

Ponamus id fieri Venetijs ad latitudinem, ſcilicet Grad. 45. & ubi horę incipiunt a Solis occaſu. ea igitur rotula utere, in cuius medio eſt 45. quę cum prima ſic accommodãda eſt. Primũ ille punctus ubi linea fiducię ſecat in extremitate circuli minoris Zodiacũ uoluendo illã minorem rotulam cum linea fiducię (ut ſupra dictum eſt) iunctã, debet cadere ſuper lineam, quę in area ſecundę rotulę inſcripta eſt HORIZON deinde hæc tria ita firmata manu mouenda ſunt, quoad illa pars lineę fiducię, quæ a ſecunda rotula prominet, cadat ſuper principium

prim.

COELI THEMA CERTO TEMPORE CONSTITVTVM.



Omnia tempus habent, & ſuis ſpaciis tranſeunt uniuerſa ſub cœlo. Eccl.3.

primæ horæ, quæ in prima rotula est in parte dextera, & in numerorum serie interiore, quibus ita diligenter accommodatis firmanda est secunda rotula super primam aliquantulo ceræ, ut penitus hæreat, neq; dimoueatur, ut etiam curandum est, ne linea fiducie a loco Solis in Zodiaco moueatur: sin aliter omnis actio inanis futura est. Tertia uerò rotula ne cesse est, ut moueatur unà cum linea fiduciæ, quę illi cera affixa est. His omnibus ita accommodatis minorem rotulam euolue unà cum linea fiducię cera coniuncta quoad linea fiduciæ contingat illam horam, uel horæ scrupulum, quo tempore cæli situm perquiras, quo facto animaduerte, quæ partes Zodiaci contingantur a lineis 12. domorum, quę, ut dictum est, in secunda rotula descriptæ sunt, & eas exsi ibe in figura rotũda, uel quadrangulari, ut in primo libro traditum est, & ita eris uoti compos. Vt exempli gratia scrire uolo cæli situm primi diei Februarii 1587. Hora 17.m. 15. Primum uideo Solis locum in rotula superioris capitis, qui in Grad. 12. ♒ est, in minori rotula hunc inuenio gradum, & super illum affigo fiduciæ lineam. Facio deinde ut punctus a lineę fiduciæ sectione cum Zodiaco in minori rotula descripto cadat super lineam Horizontis in secunda rotula descripta, & hæc tria euoluo quoad extrema pars lineę fiducię contingat initium horæ primæ positæ in prima rotula & in parte dextera: illę enim horę sunt ab occasu Solis (ut dictum est) quibus Venetijs utimur, & alijs Italiæ locis. His quatuor ita accommodatis, ceræ affigo secundam rotulam primę, aliquantulo ceræ, & minorem rotulam cum linea fiduciæ euoluo ad horam 17.m.15. in eadem serie horarum, quæ in dextera parte maioris rotulæ initium habent, & animaduerto ascendere Grad 28. ♈. & descendere eius oppositus grad. 28. ♎ super lineam meridiei cadere grad. 14. ♑. & gra. 14. ♋ super lineã quartę domus, ut in figura patet.

Hoc themate ita constituto si figuram hanc erexeris pro aliquo ęgroto, & uolueris imponere Planetas nullo penè cum errore eos imponere poteris, ut se habent in ephemeride eo die, quo cęli situm perquiris prę-ter Lunam, cuius loco tot gradus addere debes, quot sunt dimidiatæ horę a meridie quot autem sint hę horæ facile tibi erit, si in secunda rotula animaduerteris sub linea fiduciæ, quot sin horę, quę incipiũt a meridie, cum rotulæ sunt ita accommodatę, ut ex illis cęli sitũ exsribas, quæ sunt superiori tempore H. 22. & aliquid amplius, debet igitur Luna poni in G. 23. ♒. Nam cum nodum sit meridies H. 17.m.15. in ephemeride est adhuc dies ultimus Ianuarij, in quo luna est grad. 12. ♒.

Sin autem uolueris id facere ijs horis, quæ ab ortu solis incipiunt accommodata linea fiducię (ut supra dictum est) debes accommodare secundam

cundam rotulam cum prima in sinistra parte rotulæ ad principium primæ horæ(ut dictũ est, superius de horis a Solis occasu) deinde pro diei horis utere eadem horarum serie.

Cum autem uolueris inspicere cæli situm,& eum fabricare horis uel a meridie,uel a media nocte,nihil tibi opus erit uti maiori rotula,sed tantum secunda,cum minima,& linea fiducię,quę sit super Solis gradum sita,& cera affixa,ut dictum est,uoluendo illam ad tuam diei horam,ut de reliquis dictum est,& ita eris uoti compos.Hæc hactenus pro cælesti themate erigendo.

Quomodo sciri possit quota diei hora Sol oriatur, & sit meridies.

SI Venetijs, & alijs locis, ubi incipiunt horę a solis occasu scire uis, quota diei hora Sol oriatur, & quota sit meridies; debes primum lineam fiducię ad Solis locum accommodare, & secundum rotulam cum prima,ut dictum est superius: deinde euolue minorem rotulam cũ linea fiduciæ sinistrorsum,& ita,ut punctus sectionis Zodiaci,& lineę fiducię cadat super Horizontem,& linea fiducia tibi ostendet in maiori rotula,& in serie numerorum horarum ab occasu Solis, quota hora sol oriatur,ut primo Februarij 1587. quo tempore superius cæli thema ereximus,Sol oritur H.14.m.24. eodem die si minorem rotulam euolueris ita,ut linea fiducie cadat super lineam meridiei, quam initium decimę domus esse diximus in secunda rotula, eadem linea fiducię tibi ostendet in serie horarum ab occasu primæ rotulæ quota hora sit meridies, quę superiori diei erit Ho.19.m.12.

Arcum semidiurnum, & seminocturnum inuenire, & Horam mediæ noctis.

SI euolueris rotulam minorem ita, ut linea fiduciæ cadat super lineã medię noctis, quę inscripta est 4.quod sit quartę domus initium,habebis in maiori rotula horam mediæ noctis, quæ erit superiori die H.7.m.12. quę hora,& arcus seminocturnus est,quem si duplaueris habebis nocturnum arcum,si enumeraueris horas ab ortu solis usque ad meridiem habebis arcum semidiurnum, quem si duplicaueris habebis arcum diurnum.

Alia ratione arcum ſemidiurnum, & ſeminocturnum explorare.

SI in ſerie horarum, quæ ſunt in ſecunda rotula a meridie numeraueris uſque ad Solis occaſum, quem tibi oſtendit linea fiduciæ cum Zodiaco habebis arcum ſemidiurnum, & ab occaſu ſolis uſque ad lineam mediæ noctis habebis arcum ſeminocturnum utrumque ſi duplicaueris habebis arcum nocturnum, atque diurnum, idem tandem facere poteris, & horis ab ortu Solis, & a media nocte, ut ipſe cõtemplans cognoſcere poteris.

Nadir ſolis inuenire.

SOlis Nadir.i. oppoſitum (quod ueteres heroſcopon uocarunt: quod per ipſius aſpectum horas inæquales præcipuè diurnas deſignari ſtatuerunt) punctus eſt e regione Solis in ipſo Zodiaco cõſtitutus. Ex quo facilè apparet in quocumque ſigno, & gradu ſol inuentus fuerit eius Nadir in ſigno, & gradu diametraliter oppoſitis inueniri, ſupputatis igitur ſeptẽ ſignis a ſigno ſolis incluſiuè, & tot gradibus, quot ſol diſtat a principio ſigni, in quo eſt Nadir Solis deuenitur, ſuperius exemplum repetatur. Primo die Februarij 1587. ſol eſt in grad. 12. ♒ ſcio ſignum ♒ diametraliter oppoſi ſigno ♌ ſtatuo igitur Nadir Solis eſſe in grad. 12. ♌, numera ſigna hoc modo ♒, 1. ♓, 2. ♈, 3. ♉, 4. ♊. 5. ♋. 6. ♌. 7. igitur eſt in ♌ & in grad. 12. quod in Grad. 12. ♒ ☼.

Horas inæquales inuenire per æquales, & eius longitudinem.

CVm uelit Marſilius Ficinus Medicus, & Aſtrologus, & Theologus præſtantiſſimus, ut cum uelimus in nos Iouiam uirtutem contrahere, corpus noſtrum exerceamus die, & hora Iouis, & hæ horæ ſint, ut omnes aſtrologi teſtantur, illæ quæ inequales, & planetariẹ dicuntur, quomodo inueniantur, & quo tempore ſint, & quantum temporis perdurent docere ex ſuperiori rotula non erit a noſtro propoſito alienum.

Sciendum igitur eſt, quod alia ratione interdiu, alia ratione noctu inueniuntur. Nadir enim Solis in die id nobis oſtendit: in nocte uerò ipſe Solis locus nobis indicat; in ſecunda rotula per illos arcus, qui pũctis notati, & deſcripti ſunt. hac ratione in die: pone Solis locum ſuper Horizontem in oriente in ſiniſtra parte linea fiduciẹ tibi oſtendet, quota hora Sol orietur, ut dictum eſt. Nadir uerò Solis principium primæ horæ diurnæ indicabit. Fac deinde, ut Sol aſcendat uerſus meridiẽ, quoad

eius

eius nadir in dextera parte contingat primum arcum punctis notatum, qui finis primæ horæ inæqualis est, & tunc uide in serie horarum æqualium, quod spacium intersit inter primum locum, & hunc secundum, & habebis huius horæ longitudinem, sin animaduerteris quota sit hora, scies quoque horologii horam, qua prima hora diei desinet. Exemplum superioris temporis Diè, scilicet 1. Februarij 1587. (ne rotulę moueantur, quas ut fieri debet, semper cera glutinauimus) Sol oritur H. 14. m. 24. eius nadir tunc est in occidente ubi est principium primæ horæ diurnæ, fac ut nadir perueniat ad finem huius primæ horæ, quod erit cum Nadir contigerit primam lineam punctis descriptam, & inscriptam. 1. uide tunc, quota hora tibi ostendet linea fiduciæ, & huius horę longitudinem habebis. Nam in superiori exemplo cum peruenerit nadir ad finem primæ horæ planetariæ, linea fiduciæ tibi ostendent H. 15. m. 12. cum uerò ad secundam H. 16. cum ad tertiam H. 16. & m. 48. & ita deinceps & per totum illum diem est longa hora planetaria m. 48. horarum ęqualium. Sin uolueris noctis horas scire, loco Solis utere, qui punctus ille est, ut sępe ductum est, ubi linea fiducię collocaueris, & cera affixeris: si posueris igitur locum Solis super lineam, quę finem primæ horæ planetariæ ostendit, linea fiducię tibi ostendet H. 17. m: 12. quod temporis spacium primę horę noctis est cum initium horæ ęqualis, & inęqualis idem sit, cum scilicet Sol occidit. Fac eundem locum cadere super lineam secundam, quę finem secundę horę, & principium tertię est &, linea fiducię tibi ostendet H. 2. m. 24. quo tempore incipiet tertia hora, & desinet secunda, & ita illa nox habebit horam Planetariam perdurantem H. 1. m. 12. ex ęqualibus horis. idem facere poteris ceteris horis, si diligentiam, & iudicium adhibueris.

Quomodo Planetæ inæqualibus horaris dominantes reperiantur.

VEteres Astrologi Arabes præsertim existimarunt, horas inęquales inter se diuersas naturales qualitates sortitas esse, nõ solũ ut prima diei hora differt ab ultima, & a meridie, & matutina hora alicuius diei ęstatis ab hora matutina diei hyemis sed alia quadam ratione Planetarũ qui in illis dominarẽtur. Aqua opinione multi ẽt recentiorũ nõ alieni fuerũt, inter quos Marsilius Ficinus apertissimis uerbis de hac re loquitur. Qui in suis libris de triplici uita, profitetur re ipsa se expertũ esse tãtũ interesse inter medicinas his, & alijs tẽporibus accõmodatis cõfectas, & alias quouis tẽpore cõpositas, quantũ interest inter aquã, & uinũ. Hic tñ ille uir est, qui tũ doctrina, tũ uita, & morib⁹ dignus, cui penitus assen

tiamus, & fidē indubitanter prestemus. Videdum est igitur qua ratione hi dominatores inueniamus. Quod facile erit, si hoc principium memoria tenueris, quod Sol est dominus primę horę Dominici diei, Venus secundę, Mercurius tertię, Luna quartæ, Saturnus quintę, Iupiter sextæ, Mars septimæ, Sol iterum octauæ, & ita deinceps circulariter diu, noctuque per totam hebdomadam, quod si absque errore feceris, non solum uidebis primę diei dominici horæ dominari Solem, sed primæ horæ diei Martis dominari Martem, & primę Mercurii Mercurium, primę Iouis Iouem, primæ Veneris Venerem, & primæ Sabbathi Saturnū, ex quo hebdomadę dies suum nomen sortiti sunt. cum igitur didiceris superius rationem inueniendi has horas, nunc hęc figura unico intuitu tibi ostendet, qui planetæ singulis horis tum dies tum noctis dominentur, quæ omnia cum per se satis nota sint in figura, nihil est, quod plura uerba de hac re faciam.

Horas a media nocte incipientes, aut a meridie reducere in horas ab ortu, uel occasu Solis, & contra.

DIuersum diei, qui ut plurimum naturalis dicitur, uel ciuilis, principium diuersi posuere; cum Romani, & Germani a media nocte. Babilonij a Solis ortu, Athenienses, & Iudæi, & Itali uulgo ab eius occasu. Astrologi, & Arabes a meridie incipiant, ob id omnes has horas in superiori figura posuimus, & nunc modum conuertendi has in illas horas ponimus facillimum. Rotulas accommoda (ut superius dictum est) & linea fiduciæ tibi omnia ostendet. Primum si uis reducere horas a meridie, uel a media nocte ad nostras horas a Solis occasu; pone super nostram horam lineam fiducię & sub eadem linea in secunda rotula habebis horas a meridie, & a media nocte. Exemplum eodem die primo Februarii 1587. accommodatis rotulis pone lineam fiducię super H. 18. ex nostris horis, sub eadem linea habebis ex Horis a meridie H. 22. m. 48. a media nocte H. 10. 48'. si super H. 22. eiusdē diei ex pomeridianis erunt H. 2. 48'. ex horis a media nocte 14. 48'. sin idem facere uolueris cum horis ab ortu solis secunda rotula tibi accommodanda est in parte sinistra, ut dixi de ortu Solis, ut locus Solis cadat super horizontem, & linea fiducię super initium primę horæ, & pariter super locum Solis, tunc si posueris lineam fiducię super finem H. 5. ab ortu Solis, sub eadem linea in secūda rotula habebis ex Horis a meridie H. 23. 8'. a media nocte H. 11. 8'. sin uolueris commutare Horas ab ortu cum horis ab occasu alia ratione tibi utendum est. uidendum enim tibi primum est quota hora ex horis ab

occasu

DOMINATORES HORARVM IN AEQVALIVM DIEI AC NOCTIS PER TOTAM EBDOMADAM.



Benedicite lux,& tenebrę Domino.Cant.Trium.Puer.

occasu Sol oritur, cui si addideris Horam ab ortu habebis horas ab occasu, ut scire uolo quota hora sit ex nostris cum est hora 5. ab ortu solis eodem die supra dicto inquiro primum quota sit hora cum Sol oritur, & inuenio esse H. 14. 24'. His addo H. 5. fiunt H. 19. 24'. quota hora est ex nostris cum est H. 5. ab ortu. si uerò uolueris hoc in illud tempus commutare; uide pariter quota hora Sol oriatur, & hoc tempus subtrahe a nostro tempore, & eris uoti compos, ut H. 17. eiusdem diei scire uolo quota sit hora ab ortu Solis, cum sol oriatur eo die (ut dictum est) H. 14. m. 24. hoc tempore ab illo subtracto remanēt Hor. 2. 36'. quod tempus ab ortu solis est. Hoc faciendum est interdiu: in nocte uerò adde tuum tempus arcui diurno, & tempus a Solis ortu habebis, ut scire uolo H. 2. noctis quota sit hora ab ortu, cum Sol oriatur H. 14. m. 24. arcus diurnus est H. 9. 36'. cui addo H. 2. fiunt H. 11. 36. ab ortu Solis. Hæc hactenus. Nam has horas reducere in horas inęquales, & has in illas ex superioribus facilè est dignoscere.

Quota hora aliquis Planeta oriatur, uel occidat uel in medio cæli, uel alia domo sit.

CVm Marsilius Ficinus in libello de uita cęlitus comparanda scriptū reliquerit: ut igitur Planetę sint potentes, habendi sunt in angulis, uel oriētis, uel occidentis, uel medij utrinque cęli, & in eiusdem libri prę fatione ad lectorem. Ego enim frequenti iam diu experientia compertū habeo, tantum iuteresse inter medicinas eiusmodi (dixit enim ante medicinas saltem cęlesti quodam adminiculo confirmatas, nisi forte uitam neglexeris, ne negligito) atque alias absque delectu Astrologico factas, quantum inter merum, & aquam, operę pretium mihi esse uidetur ad medicorum commoditatem docere, quomodo facilè possint cognoscere, qua hora Planetæ, uel oriantur, uel occidant, uel ad medium celum, uel ad angulum imi cęli perueniant, ut illorum beneficio in medicinis conficiendis uti possint.

Si uolueris scire quando aliquis planeta oritur, prius debes rotulas accommodare ad tuum diem, ut superius dixi, deinde uidere in ephemeride, quonam loco sit ille planeta, cuius ortum inquiris, & illam partem Zodiaci, eius scilicet, qui in parua rotula est, super Horizontem in sinistra parte rite collocare debes, quo facto, linea fiducię tibi ostenstet in prima rotula quota hora ille planeta oriatur ex nostris horis, si rotula secunda erit accommodata in dextera parte, sin in sinistra ex horis a solis ortu, & eodem tempore Planetariam horam habebis cum Solis Nadir, si erit in die, si in nocte cum Solis loco, ut superius dictum est. sin

autem

autem ſcire uolueris, quando ad c̃li culmen perueniat, planetæ locum in Zodiaco ad lineam decimæ domus accommoda, ſi ad occidentis angulum, uel imi cęli,& illam lineam perducito, & fiduciæ linea,quod quæris tibi indicabit.Die 1. Februarij 1587. ſcire uolo,quando ♃ ſupra noſtrum Horizontem oritur, rotulis rite accommodatis uideo in ephemeride ♃ eſſe in Grad.6. ♋(minuta enim hic non curamus) hunc locũ ſuper lineam orientis pono,& linea fiduciæ mihi oſtendit in prima rotula H.22.& m. 35.ab occaſu,a meridie H. 3. cum dimidio a media nocte H. 15. cum dimidio, quo tempore ♃ ſuper noſtrum horizontem ſcandit. Et nadir ſolis cum ſit interdiu tibi dabit H.11. ex planetarijs, tũ ſcilicet horam undecimam fluere tibi ſignificabit. ſi eundem locum ♃. ad lineam medij cæli perduxeris linea fiducię iam quintã noctis horã tibi ſignificabit a meridie H. 9. 35. a media nocte H. 21. 35. & Solis locus,quòd tunc ſit nox iam,incepiſſe H. 5.ex planetarijs tibi demonſtrabit:eundem locum ♃ perduc ad Horizontem,& fac eum occidere duodecim horas cum dimidio habebis ſub linea fiduciæ, & ex planetarijs locus ſolis tibi dabit, tunc 11. horam fluere.

Sin autem uolueris uti horis a meridie, uel media nocte eadem linea fiduciæ hoc tibi demonſtrabit in ſecunda rotula penitus prima neglecta, & omiſſa. Quod dixi de ♃ idem de ceteris planetis, & de ſingulis Zodiaci partibus dictum ſit, cum nonnumquam opus ſit ſcire,quando ſignia,& illius partes oriantur,ut medicamẽta ritè cõficiãtur,uel utiliter adhibeãtur. Hęc ſatis ſint ſtudioſis,ut ſuperioris circuli usũ intelligant.

QVOMODO VERVM TEMPVS SOLIS ORTVS ſciri poſſis ex omni horarum genere. Cap. III.

CVm ſuperiores rotulæ multis de cauſis,& p̃ſertim ꝓꝓ earũ paruitatẽ tẽpus ſolis ortus ad unguẽ oſtẽdere nõ ualeãt,& multi reperiantur,qui id ſcire deſiderent,& non oẽs ẽt illarũ uſum intellecturi ſint & ego omnibus ſatisfacere cupiam ſex cõſtruxi tabellas,in quibus ſingulis anni diebus quota hora,& minutis ex horis ab occaſu ſol oriatur abſque labore facile quiſque uel rudi ingenio cognoſcere poterit.cũ aũt non omnibus locis Sol eodem tempore oriatur,ſed alijs citiùs,alijs ſeriùs,ob id,ut multis conſuleremus nõ unicam,ſed ſex conſtruximus tabulas,prima quarum eſt ad lat. Grad. 35. ſecunda 38. tertia 41. quarta 45. quinta 48. ſexta 50. ex quo fit, ut pene omnibus locis in quibus homines literis utuntur ſeruiant. His addidimus ciuitatum catalogum cum ſua latitudine, & longitudine,

dine,ut quis facile ex eo cognoſcat,quę ſit illa rotula,quę ſuę ciuitati, & aliorum etiam ſeruiat,in quo catalogo, ſi forte ſuus locus non aderit debet aliquem locum uiciniorem inuenire, & illius latitudine uti. Parua enim locorum diſtantia paruum errorem efficere poteſt. Sed iam uideamus tabularum uſum. Scire uolo Venetiis quota hora ſol oriatur die 9. Ianuarij: latitudinem primum huius ciuitatis in catalogo ciuitatum inquiro,quę eſt Grad.45. inuenio deinde Tabulam ad latitudinem Grad. 45. in ultimo numerorum ordine in interiori ſcilicet huius tabulę adeſt numerus dierum menſium ab.i. uſque ad 31. & index uolubilis,hunc indicem euoluo ad diem. 9. cuius ſolis ortum ſcire cupio, ibi indice conſtituto in inquiro menſem,qui Ianuarius eſt,in quo id ſcire deſidero angulus communis diei & menſis mihi oſtendit eo die ſolē oriri H. 15. 14'. primus enim numerus horas, ſecundus minuta ſignificat.

cum autem non aderit hic tabula,quę ad unguem latitudini tui loci reſpondeat, adhibenda eſt pars proportionalis,ut infra docebimus.

TABVLA ORTVS SOLIS AD LAT GRAD. 35.



Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.
Psal. 73.

Nominà ciuitatum,& locorum.	Latitudo.		Apiani ōgitudo		Aliorū lōgitudo	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.
Acedum ceneda	45	18	0	0	33	22
Adrianopolis	42	45	0	0	22	45
Alba regalis Vngariȩ	46	48	36	36	42	0
Alexandria Aegypti	31	0	60	30	60	30
Alexandria Italiæ	43	30	0	0	30	0
Amberga Boemiæ	49	26	29	3	32	40
Ancona Italiæ	43	42	36	30	39	40
Antiochia penes monte Taurum	37	20	70	15	70	15
Antuerpia Bārbantiæ	51	28	20	16	26	36
Aquinum	41	56	0	0	38	30
Aquila	43	30	0	0	38	20
Aquileia Hiſtriȩ	45	12	33	15	34	0
Aquis granum imperiale	51	6	22	24	28	52
Aretium Hetruriæ	42	45	0	0	34	40
Argentina Argentoratum.	48	45	24	30	28	14
Aſiſium	42	55	35	52	35	20
Athenȩ	37	15	52	45	52	45
Auenio Galliȩ, Auignon	43	52	22	0	22	0
Auguſta Vindelicorum	47	42	29	18	37	0
Aurelia Galliæ, Orlies	47	13	15	36	19	0
Ariminium Italiæ	43	50	35	0	35	40
Babilon caldeorum	35	0	79	0	79	0
Bamberga Franconiæ	49	56	28	10	31	45
Barcinium Hiſpan. Barſalona	41	35	17	0	10	0
Barium.	41	52	0	0	43	40
Baſilea Heluetiæ	47	41	24	22	27	50
Badena Heluetiȩ	48	44	25	16	31	0
Bello gradum Vngariæ	44	30	45	0	45	15
Beneuentum	41	50	0	0	36	15
Bergamum	44	50	0	0	30	30
Berlinum Mar. Bramdemb.	52	50	31	36	36	30
Berna Heluetiæ	46	25	24	18	29	45
Bethiehem	31	50	0	0	65	45
Boſantium Galliȩ Beſanzon	47	36	22	20	25	40

Beno-

TABVLA ORTVS SOLIS AD LAT. GRAD. 38.



Dies mei ſicut ombra declinauerunt, & ego ſicut fęnum arui. Pſal.101.

Nomina ciuitatum,& locorum.	Latitudo.		Apiani lõgitudo		Aliorũ lõgitudo	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.
Bononia Italiæ	43	54	32	5	33	5
Branderburgum	52	36	30	35	35	30
Brixia Italię	44	36	0	0	31	20
Bruga Flandrię	51	30	18	7	24	26
Brundusium Apulie Brandizo	51	24	20	16	26	42
Buda Pannonię	47	0	36	44	44	30
Burdegalla Gallię	45	30	18	0	18	30
Calecutum Indiæ	5	0	112	0	116	0
Camerinum	43	0	0	0	36	0
Capena Frisiæ	52	50	21	46	21	46
Candi insula olim creta	34	45	54	0	54	10
Capua Italię	41	0	40	0	39	10
Caulostadium Franconiæ	50	5	0	0	27	40
Carthago Barbarię	31	50	0	0	31	48
Catina Sicilię	37	40	0	0	39	46
Catchouia Vngariæ	48	20	40	36	46	0
Cayrum uel noua Babylonia	29	50	61	50	63	0
Cesena Italiæ	43	40	0	0	34	40
Cephalenia Insula	37	10	47	40	47	10
Cęsar Augusta Aragonię	41	45	13	45	14	15
Colmaria Asaltię	48	12	24	3	26	0
Colonia Agripina	51	0	23	28	29	0
Comum	44	40	0	0	29	56
Compostella Hispanię	44	13	5	8	6	0
Concordia	44	55	0	0	33	15
Confluentia	50	25	23	56	27	30
Cortona	42	40	0	0	35	0
Constantinopolis Bizantium	43	5	56	0	55	30
Constantia in finibus Heluetię	47	30	26	43	28	30
Cordula Hispanię	37	50	7	4	8	0
Corfinium uulgo Corfu	38	45	45	40	45	10
Corsicę insul medium	40	50	29	20	31	0
Cosentia Calabrię	40	15	0	0	43	12
Carcouia Poloniæ	50	12	37	50	45	30

Crema

TABVLA ORTVS SOLIS AD LAT. GRAD. 41.



Sicut umbra dies nostri sunt super terram.
Iob. 8.

Nomina ciuitatum, & locorum.	Latitudo		Apiani lõgitudo		Aliorum lõgitudo	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.
Crema	44	20	0	0	31	15
Cremona Italiæ	44	40	0	0	32	25
Cumę unde Sybilla	41	30	39	20	41	0
Cypri insula	35	30	65	30	65	30
Damascns Syrię	33	0	69	0	69	0
Dantiscum Prusię	54	54	39	2	44	15
Dertena	44	0	0	0	30	40
Dulciguum	43	0	0	0	43	30
Drepanum Siciliæ	36	20	0	0	37	0
Dyracchium Macedonię	40	50	45	0	45	0
Eporaceum Scotię	57	0	18	0	17	46
Eislebia	51	46	0	0	32	30
Ephesus metropolis Ionię	37	40	67	40	57	40
Epidaurus	36	25	51	5	51	45
Erfordiæ Turingię	51	10	28	30	34	0
Eslinsę imperialis	48	35	26	33	30	0
Ettemburgum Scotię	57	13	19	18	19	0
Famagusta olim salamis	35	10	66	20	66	45
Fanum	43	40	0	0	35	40
Fauentia	43	30	0	0	35	20
Ferraria	44	23	32	15	33	5
Fessa Africę	34	40	5	0	5	30
Flandria	52	30	0	0	22	45
Florentia Heturię	43	4	33	30	34	30
Forum Liuij Forli	43	40	0	0	33	20
Forum sempronii Fossembron	43	30	0	0	34	50
Forum Cornelij Simola	43	30	0	0	34	42
Forum Flaminii Foligno.	42	40	36	0	36	0
Forum Iulii Histrię Frigoli	45	0	33	52	35	20
Finis terrę	44	2	4	23	4	23
Fransfordia Germanię empo	50	12	25	38	30	30
Fransfordia ad oderam	52	33	32	34	37	30
Friburgum Alisniæ	50	58	30	39	30	39
Friburgum Heluetiæ	47	45	24	18	28	12

Fri-

TABVLA ORTVS SOLIS AD LAT. GRAD. 45.



Dies mei uelociores fuerunt cursore, fugerunt, & non uiderunt bonum. Iob. 9.

Nomina ciuitatum, & locorum.	Latitudo		Apiani lõgitudo		Aliorum lõgitudo	
	G.	M	G.	M.	G.	M.
Friburgum Brasgeæ Rhetiæ	48	15	24	38	28	0
Gaietta	40	50	41	10	38	20
Gallipolis, uel callipolis	41	30	55	0	45	10
Gandaum Flandrię	51	24	19	8	25	18
Geneua Sabaudię	45	30	24	35	26	16
Genua Italiæ	43	50	28	20	30	30
Genua Heluetiæ	46	0	0	0	23	0
Geldria, aut Ghelderæ	52	20	22	33	27	40
Grauina	41	15	0	0	43	10
Granata Hispanię	37	50	8	34	10	50
Gepinga	49	37	0	0	30	0
Gorlicium Slesiæ	51	0	32	30	34	45
Golmona Pomeraniæ	54	6	33	54	33	54
Hadrianopolis	42	45	52	30	52	20
Hamburgum Holsariæ	54	24	27	0	30	15
Harmaria Horuegię	60	0	32	0	31	45
Halbestadium saxoniæ	52	11	28	38	35	20
Herbipolis Franconię	49	58	27	3	30	30
Hyerosolima	31	40	66	0	66	0
Hibernię seu Horlandię medium	57	0	7	30	12	0
Hydruntum, uulgo ottrant	41	26	40	6	45	20
Ingolstadium Bauarię	48	42	26	6	31	20
Iciliacum Gulich	52	0	22	44	27	30
Lanzanum	47	40	0	0	35	30
Landiæ medium	57	0	7	30	7	30
Lacedemon Spart.	35	30	50	15	50	15
Laodicea Rhamata	39	40	64	40	68	39
Leoburgum saxonię	54	10	28	2	28	2
Leoburgum Rhuteniæ leopolis	50	33	43	15	48	15
Leodicum iuliaci ducatus	50	51	21	48	28	0
Liburnus liuorno	42	12	0	0	33	10
Londino Anglię, Londra	52	30	13	20	19	15
Louanium Barbantię	51	0	20	36	26	45
Lubecum saxoniæ	54	48	28	20	34	0

TABVLA ORTVS SOLIS AD LAT. GRAD. 48.



Nunquit ſicut dies hominis dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora? Iob. 10.

Nomina ciuitatum,& locorum.	Latitudo.		Apiani lõgitudo		Aliorũ lõgitudo	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.
Lucca	42	40	0	0	32	40
Lugdunum Galliæ Lion	45	40	21	25	24	0
Lundis Gotthię	57	23	36	30	41	30
Luneburgum	54	40	0	0	34	20
Lucerna Heluetię	46	34	26	0	26	0
Lypsis Misnię	51	25	34	30	34	45
Lysbona Portugallię	39	38	4	18	5	10
Machlinia Barbantiæ	51	15	20	20	26	50
Magunsia imperialis	50	8	25	4	30	0
Magdeburgum saxoniæ	52	20	34	30	34	30
Mantua	44	30	30	40	32	20
Marsilia Galliæ.Narbon.	43	6	24	30	24	30
Manfredonium sipontus	40	45	0	0	42	50
Maiorica insula,Malorca	39	35	16	45	18	25
Marpurgum Nassiæ	51	0	25	45	30	10
Mediolanum	44	36	28	20	30	20
Messana Siciliæ	38	50	39	50	42	46
Mildeburgum Franconiæ	49	44	26	34	26	34
Minorica insula,Menorca	40	10	17	30	19	30
Mons Pessulanus Gallię,Monpolier	43	25	20	46	20	30
Mons Regius Borussię	54	17	41	16	46	45
Mons Regius Frãc.Patria Io.Regiomõtani	50	16	28	4	31	0
Mutina	44	0	33	0	32	40
Narbona Galliæ	43	0	19	18	19	20
Nantes Britannię	48	12	12	6	16	20
Neapolis Italiæ	41	0	39	10	40	10
Neapolis Austriæ	47	54	34	45	38	0
Nebia corsicę	40	40	0	0	27	30
Neoburgium ad Danubium	48	42	28	49	31	45
Neoburgium Turingię	51	20	29	13	32	0
Nola campaniæ	40	45	40	15	40	15
Nouariæ	44	30	0	0	30	30
Nicea ubi concilium calebratum	41	40	57	0	57	0
Nidrosia Nouergię	60	50	20	56	39	45

Nigro-

TABVLA ORTVS SOLIS AD LAT. GRAD. 50.



Paucitas dierum meorum finietur breui. Iob.10.

Nomina ciuitatum,& locorum.	Latitudo.		Apiani lõgitudo		Aliorũ lõgitudo	
	G.	M	G.	M.	G.	M.
Nigroponti insula	38	15	53	40	53	40
Norimberga imperialis	49	24	28	20	28	20
Nursia Italiẹ. Norsia	42	44	36	32	36	32
Onolspachium	49	33	32	0	32	0
Ortonum	43	15	40	42	40	42
Orcades insulẹ	61	40	30	0	30	0
Ottinga inferioris sueuiæ	48	58	28	3	28	3
Panormns Palermo	30	0	38	0	38	0
Parpineana Galliæ Perpignan.	42	40	18	30	18	30
Parentium	44	55	0	0	35	20
Patauium Beuariæ	48	28	0	0	34	0
Patauia Germaniẹ	47	40	0	0	34	0
Patauium Italiẹ Padua	45	10	32	50	33	30
Papia Italiẹ	44	20	28	22	31	0
Pampelon,seu Pampilona	42	50	13	15	15	0
Parisius,olim Lutetia	48	55	17	8	23	15
Parma Italiẹ	43	30	32	0	32	30
Perusia	42	56	35	18	36	50
Pisaurum Pesaro	43	45	35	20	36	30
Pistorium Pistoia	43	0	0	0	33	20
Piiæ Heturiẹ	42	38	31	28	32	40
Placentia	44	0	0	0	31	50
Portugalla Portugallo	40	45	4	56	5	48
Potentia	40	15	0	0	40	40
Pola Iulia pietas	44	50	34	40	36	45
Praga Boemiæ	50	6	32	0	34	30
Prugis Boemiẹ	50	18	30	50	33	20
Ragusia Dalmatiæ	43	30	43	54	42	14
Ratisbona Imperialis	48	56	0	0	29	50
Rauenna Italiẹ	44	2	33	0	34	40
Rhecanatum	43	22	36	40	40	0
Regium Iulium calabriẹ	38	15	39	50	43	10
Regium lepidi Lombard iæ	43	30	0	0	32	30
Riga Liuoniẹ	50	0	50	0	53	45

Rodes

Nomina ciuitatum, & locorum.	Latitudo		Apiani lõgitudo		Aliorum lõgitudo	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.
Rodes Franciȩ ſegoudnum	45	15	18	30	22	0
Remis Galliȩ	48	45	18	55	22	15
ROMA	42	4	36	40	40	20
Rroſtochium Mech.ducat.	54	36	30	14	34	0
Rrothomagus Normandiȩ	49	0	15	50	21	15
Salmantica Hiſpaniæ	41	20	7	39	8	32
Saluedia Tur.	50	46	33	45	33	45
Salernum Italiȩ	40	50	36	10	40	20
Salisburgium Boiariȩ	47	44	31	0	35	15
Saloniana Dalmatiȩ	44	30	45	0	39	50
Saloum, uel Salodium Patria mea oppidũ celeberrimum ad Benacum.	45	0	0	6	32	0
Sardiniȩ inſulȩ medium	30	0	30	0	31	0
Sauona Italiæ	43	30	27	50	29	10
Scutara Dalmatiæ	44	0	45	30	40	20
Scotiæ inſulæ medium	37	0	20	0	18	0
Segnia illiriæ	44	45	0	0	37	45
Seleſtadium Halſatiæ	48	22	24	6	24	6
Senȩ Hetruriȩ.Siena	42	50	34	18	35	30
Sibilla Hiſpaniæ.Hiſpalis	37	0	5	42	6	36
Sibinicum Dalmatiæ	44	20	43	0	38	42
Siracuſa, Saragoſa	37	15	39	30	40	30
Sora	41	40	0	0	38	20
Spoletum Italiæ	43	15	36	30	39	45
Spira imperialis	49	20	25	36	28	40
Sterinum Pemerianȩ	54	0	33	20	37	45
Sueſſa Italiæ.Seſſa	41	30	38	40	42	0
Sulmo Italiæ. unde Ouidius	40	0	40	30	43	50
Tarentum uulgo Taranto	41	15	41	15	43	15
Taruiſium Italiæ	45	30	32	28	33	35
Tibur Italiæ Tiuoli	42	0	36	50	40	30
Toletum Hiſpaniȩ	41	0	9	4	10	30
Tholoſa Galliȩ	43	30	17	0	18	0
Thyle inſula	63	0	33	0	33	0

Nomina ciuitatum, & locorum.	Latitudo		Apiani lõgitudo		Altorum lõgitudo	
	G.	M.	G.	M.	G.	M.
Taurinum Pedemontii	44	40	30	40	29	30
Tergestum colonia. Triest.	45	14	33	30	35	16
Tigurum Heluetię	46	48	26	36	26	36
Thebę Africæ	29	30	62	30	62	30
Thunetum, seu Tunissa	32	30	33	0	33	0
Tubinga Vuittemb. Ducatus	48	38	26	23	29	45
Turonia	47	20	0	0	16	45
Traiectum Hislandię	52	16	20	52	27	34
Treueris	49	55	28	0	28	0
Tridentum, uulgo Trento	45	18	30	30	31	42
Trutauia Franconiæ	49	46	28	18	28	18
Valentia Hispanię	36	10	11	30	12	40
Valis Oletana. Valladolit	42	20	10	10	9	0
Velitium	41	0	0	0	35	0
Venetię omni laudũ genere cumulatissime.	45	0	32	30	34	30
Verona	45	16	31	16	32	45
Vercellę	44	12	30	0	29	50
Vicentia	44	55	32	10	33	0
Vienna Galliæ	45	12	21	25	22	30
Vienna Austrię	47	42	0	0	38	0
Vienna Pannoniæ	48	22	35	8	38	0
Viterbium Italiæ	42	18	35	43	39	0
Vlma inferioris sueuiæ	48	25	27	30	30	20
Volaterra Italię. Volterra	42	40	33	30	33	50
Vrbinum	43	4	0	0	34	30
Vratislauia Slesię	51	10	34	34	38	15
Vtinum seu Vtinis	46	30	0	0	35	0
Vuittemberga Saxoniæ	51	50	30	30	35	0
Vuormatia Imperialis	49	44	25	15	28	3

Qua ratione conuertatur tempus ab occasu in tempus ab ortu.

VElim, ut hoc loco eruditiores uiri mihi ignoscant, si quædam nimis uulgata hic persequor, & prolixior sum, quàm ipsa res postulare uidetur. Omnibus enim quoad eius fieri potest consultum uolo, ob id qui hæc intelligunt, ne legant quidem, qui enim uel penitus ignari sunt, uel crassiori Minerua huiusmodi doctrinā postulant, quod non de his solū dictum sit; quæ hoc loco tradimus, sed de alijs etiam, quæ huius generis aliis locis scripsimus. His igitur omissis nostrum propositum persequamur. Licet de ratione permutationis temporum inter se superius tractauerimus; hic tamen iterum sed exquisitius acturi sumus. Datum igitur aliquod tempus a solis occasu, quod in tempus a Solis ortu conuertere uelis; duo tibi prius consideranda sunt: primum quo tempore Sol oriatur, deinde num illud datum tempus sit diurnum, an nocturnum, si diurnum subduc tempus ortus Solis a tempore ab occasu, & reliquum erit tempus ab ortu, ut die primo Februarij scire uelim, quota hora sit ab ortu Solis, cum est H. 18. ab occasu. Primum uideo Solem oriri in sua rotula ad lat. Grad. 45. H. 14. 24ᵖ. hoc tempus subduco ab H. 18. & reliquū est H. 3. 36ᵖ. quæ significant tempus illius diei ab ortu, & hic Venetijs ab ortu Solis: sin autem id scire uolueris H. 5. noctis, has horas iunge cum arcu diurno, qui hoc modo reperiendus est hoc loco ex H. 24. subducito solis ortum, & residuum erit arcus diurnus, cui adde Horam noctis.

	H. 24.		
Solis ortus	H. 14.	24ᵖ.	
Arcus diur.	H. 9	36	
Hora noct.	H. 5		
Temp. ab ortu	H. 14	36.	qñ sunt H. 5. noctis die primo Februarij Venetiis

Horas ab ortu in horas ab occasu conuertere.

SIn habueris horas ab ortu certas, & scire uolueris horam ab occasu illis respondentem, sic agēdum est. Vide primum quota hora Sol oriatur, cui adde horam ab ortu Solis: si horæ collectæ non excedunt H. 24. & illa summa erit quæsitū tēpus, sin excedit, ab illa summa subducas 24. & reliquum erit, quod quæris. Vt Venetiis scire uolo cum est hora 5. ab ortu Solis, quota sit hora ab occasu, idque die primo Februarii, quo die Sol oritur H. 14. 24ᵖ. quibus addo H. 5. quæ est hora ab ortu Solis, & fiūt H. 19. 24ᵖ. sin idem scire uoluero H. 16. ab ortu sumo has cum illis horis

quibus

quibus Sol oritur,& conficiunt H. 30. 24'. a quibus subduco H. 24.& reliquum est H.6.24'. ab occasu Solis.

Tempus ab accasu in tempus a meridie uertere.

HOc quidem tempus apud Astrologos maxime in usu est,ob id maxime etiam animaduertendum est. Horam igitur ab occasu in horam a meridie sic conuertere debes.Primum uide quota hora Sol oriatur,quæ subducatur ex horis 24.ut arcus diurnus habeatur, hunc aũt arcum in duas æquas partes diuide,& semiarcum diurnũ habebis, quo sic tibi utendum est, ut infra:hoc enim primum aliquo exemplo illustrãdũ est.Sol oritur Venetiis,ut in sua tabula cernitur, die primo Februarii H. 14.24'. hoc tempus subduco ex 24. relinquitur H.9.36'.hoc tempus diuido in duas æquas partes,& altera pars est H.4 48'. quod tempus semidiurnus arcus est,hoc est illud temporis spacium, quod est a meridie ad Solis occasum. Quod tempus si tuis horis ab occasu addideris,eris uoti compos. Illud sit in exemplum. Die primo Februarij scire uolo Venetiis quota hora sit cũ post meridiẽ est H.18. ab occasu.His addo arcum semidiurnum, & summa est H.22.48'. quod tempus erit superioris diei. Nam cum horum duorum temporum summa non excedit 24. est superioris diei, si excedit est eiusdem diei, & ex summa abiiciendæ sunt 24 horæ, & reliquum est tempus quæsitum. Vt si hoc scire uolo H. 22. ab occasu, His addo arcum semidiurnum, qui est H.4.48'.& conficio H. 26. 48'. a quibus si demo H.24. reliquum est H.2.48'. quod tempus est a meridie eiusdem diei.

Tempus a meridie ad tempus ab occasu reducere.

TEmpus a meridie si uolueris ad nostras horas reducere semidiurnus arcus pariter tibi notus esse debet.Nam si hũc arcũ ab illis horis subduxeris,tibi notum fiet quæsitum tempus,& si subtractio fieri nequeat illis adde 24. hoc modo. Die primo Februarij 1587. fuit ✱ ☌ ad Lunam H.15.56.quod tẽpus cum sit a meridie,scire uolo,quo tempore ab occasu ille sextilis fuit. Eo die arcus semidiurnus est H.4.48'. quo tẽpore subducto ex illis Horis 15.56'.residuum est H.11.8'.quod tempus a Solis occasu est.Quod si acciderit,vt subtractio fieri nequeat,adde 24.& residuũ erit tempus quæsitum,ut die 7.Februarii 1587. est ☌ ☼ & ☽ H.2.44'.scire uolo quota hora ab occasu sit: id tempus subduco ex illo tempore addito prius 24.& residuum est H.22.1'. arcus enim semidiurnus est 4.48 ob id cum subtractio fieri nequeat tempori ☌ addo 24.& sũma fit H.26 48'.a quibus subducto arcu semidiurno,residuum est H.22.1'.ab occasu cum scilicet fuit ☼.& ☽.☌.

Tempus

Tempus ab occasu in tempus a media nocte conuertere.

SI quando contigerit, ut tempus ab occasu in tempus a media nocte tibi uertendum sit, debes arcum seminocturnum ex horis ab occasu subducere, si fieri potest subtractio, etsi non potest, adde 24. & residuum ex subductione erit tempus a media nocte. Illud in exemplum sit. scire uolo die 1. Februarii Hora quarta noctis quota hora sit ex horis a media nocte. Primum inueniendus est arcus seminocturnus. Quod fit hoc modo, uideo in tabula ortus Solis ad Venetiarum latitudinem solem eo die oriri H. 14. 24ⁱ arcus igitur seminocturnus est H. 7. 12ⁱ. sed cum hoc non possit subduci ex horis 4. addo 24. & consurgunt 28. horę, ex quibus subduco arcum seminocturnum, reliquum fit H. 20. 48. quod a media nocte tempus est.

Tempus a meridie in tempus a Solis ortu conuertere.

SI tempori a meridie addideris arcum seminocturnũ tempus a Solis ortu habebis; sed illa cautio adhibenda est, ut cum summa excedit 24 Horę 24. abiiciantur. Vt eodem die primo Februarii H. 5. a meridie scire uolo quota sit hora a Solis ortu. His quinque horis addo semidiurnũ arcum, qui est eo die H. 4. 48. fiunt H. 9. 48ⁱ. si hoc scire uolueris H. 22. His addo pariter H. 4. 48ⁱ. fiunt H. 26. 48ⁱ. a quibus detraho 24. residuũ est H. 2. 48. quod tempus a solis ortu est.

Tempus a meridie in tempus a mediano cte mutare, & contra.

SI ab horis a meridie demeris H. 11. reliquum erit tempus a media nocte: hac tamen cautione adhibita, ut cum subtractio fieri nequit addatur 24 illud sit exemplum. Die 3. Februarii 1587 H. 20. 55ⁱ. accidit ☌, ♃, quæro quota hora fuit a media nocte, ex his horis abiicio 12. residuum est H. 8. 55. quod tempus a media nocte est. item eodem die H. 4. 18. fuit ∆, ♄, quæro horam huius temporis a media nocte: cum ex his horis non possint subduci 12. illis addo 24. & fiunt H. 28. 18ⁱ. a quibus minuo, 12 residuum est H. 16. 18ⁱ. quod tempus a media nocte est. Sin autem contra uolueris conuertere tempus a media nocte in tempus a meridie, tempori a media nocte adde H. 12. & 24 reiice si sũma excedit 24. & habebis tempus optatũ. Quod sine exemplis per se, uel ex superioribus notũ est.

Tempus a media nocte in tempus ab occasu uertere.

TEmpori a media nocte si arcum seminocturnum addideris habebis tempus ab occasu, si summa est maior, quàm H. 24. abiicito 24. & residuum

residuum erit tempus qu situm. Vt H.6. a media nocte scire uolo, quota hora sit ab occasu, idque die primo Februarii, quo seminocturnus arcus est H.4.11 hoc tempus illis sex horis addo, & consurgunt H.13.11'. idē se uolueris scire H. 21. his pariter adde seminocturnum arcum H.7.11. fiunt H.28.11'. a quibus detraho 24 residuum est H.4. 11'. quod tēpus ab occasu est.

Tempus a media nocte in tempus ab ortu uertere.

A Tempore a media nocte subduc seminocturnum arcum, & residuū erit tempus ab ortu, si subtractio fieri nequit, adde 24. Vt scire uolo H.10. a media nocte quota hora sit ab ortu, die primo Februarii, ab hoc tempore subduco arcum seminocturnum, qui est H.7.11'. reliquum est H.2.49'. quod tempus est ab ortu. item H.2 a media nocte, quota hora erit ab ortu, cum ab hoc tempore seminocturnus arcus subduci non possit addo 24. & cō surgit tempus H.26. ab his subduco seminocturnum arcum qui est Ho.7.11'. residuum est H.18. 49'. & hoc tempus ab ortu est. Ad hęc omnia superiores tabulę, quę Solis ortum indicant maxime conducunt. Qua uerò ratione hęc omnia tempora in horas planetarias, & hę in illa comutentur tempora, infra suo loco exposituri sumus.

QVA

TABVLA MERIDIEI AD LATITVDINEM GRAD. 35.



Breues anni transeunt. Iob. 16.

QVA RATIONE VERA MERIDIEI, ET SOLIS ORtus hora cognoſcatur. Cap. IIII.

SCire quota hora Sol oriatur, & ad meridiem perueniat non ſolum utile eſt medicis, nauigantibus & agricolis, uerum etiam ſacerdotibus, & maxime iis, qui in cœnobiis uitam agunt, vt ita tempus diſtribuere ſciant, ut diuina officia ſuo tempore celebrentur, immo omnibus utile eſt, ut tempus quod ſolum noſtrum eſt (vt Seneca inquit) colligere poſſimus. Propter hanc cauſam non ſolum tabulas conſtruxi ſuperiores ex quibus omnes uerum ſolis ortum cognoſcerent, uerum etiam ſequentes iisdem locis accommodatas, vt quando fit meridies ſingulis anni diebus nullo labore quiſq; in illis cerne re poſſit.

TABVLA MERIDIEI AD LATITVDINEM GRAD. 38.



Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna, quæ præteriit. Psal.89.

Vſus harum tabularum eſt idem cum vſu ſuperiorum: interior enim numerorum ordo menſium dies tibi indicat, index volubilis in medio menſes, quem indicem debes ponere ſuper diem, cuius meridiem quæris & index menſem, & angulus communis menſis, & diei meridiem, quem quæris, tibi oſtendet.

His etiam tabulis ſi vſus eris ad tempora commutanda facilem tibi vſum oſtendent. Nam ſi ab hora meridiei demeris arcum nocturnum, quem ſuperiores rotulæ ſolis ortus tibi oſtendunt, habebis arcum ſemidiurnum, arcus is tibi dat arcum ſeminocturnum ſi a 12. eum ſubduxeris, & multas alias opportunitates tibi dabit ad tempus commutandum, ut nihil futurum ſit amplius, quod in hanc rem deſideres.

TABVLA MERIDIEI AD LATITVDINEM GRAD. 41.



Dies noſtri defecerunt. Pſal. 89.

Illud ſit tibi in exemplum pro arcu ſemidiurno, & ſeminocturno inueniendo. die prima Februarij arcum ſemidiurnum ſcire uolo, inquiro primum quota hora ſit meridies, & uideo in rotula eſſe H. 19. 12'. deinde quota hora Sol oriatur, & video horiri H. 14. 24. hoc ab illo tempore ſubduco, & relinquitur H. 4. 48'. qui arcus ſemidiurnus eſt pro ſeminocturno vero hoc ſubducito ex 12. quod relin quitur ſeminocturnus ar eſt, quod H. 7. 12'.



Horam

TABVLA MERIDIEI AD LATITVDINEM GRAD. 45.



In multo tempore prudentia est. Iob. 12.

Horam meridiei ex arcu ſemidiurno inuenire.

SI arcum diurnum inueneris, vel ex tabulis, quæ in ephemeridibus ſunt, vel iis rõnibus, quibus illæ tabulæ conſcriptæ ſunt, & illum ex 24. horis ſubduxeris, meridiei horam habebis: vt die primo Martij cum Sol ſit in Gradu 10. ♓ arcus ſeminocturnus eſt H. 6. 32^{i}. quo tempore ſubducto ex 12. remanet H. 5. 28^{i}. qui arcus ſemidiurnus eſt ad lat. Grad. 45. Hoc tempus ſubduco ex 24. remanet H. 18. 32^{i}. quod & in ſuperiori tabula nullo labore reperitur.

Ortum

TABVLA MERIDIEI AD LATITVDINEM GRAD. 48.



Quasi meridianus fulgor consurget tibi ad uesperam, & cũ te consumptum putaueris orieris, ut lucifer. Iob. 11.

Ortum Solis inuenire per arcum diurnum.

VBi inueneris arcum ſemidiurnum quomodo ſupradictum eſt. illũ, ſi duplicaueris,& ex 24.Horis ſubduxeris Solis ortum habebis, ut primo die Martij ut dictum eſt arcus ſemidiurnus eſt H.5.28. quod duplicatum eſt H.10.56. hoc ſubduco ex 24. remanet H. 13.4ⁱ. quo tempore Sol oritur ad lat.Grad.45. ut & in tabula ortus Solis ad latit. Gra. 45. patet.

Ortum Solis per arcum ſeminocturnum inuenire.

SI duplicaueris arcum ſeminocturnum habebis Solis ortum vt die primo Februarij arcus ſeminocturnus eſt H.6.32ⁱ. quo duplicato conficitur tempus H. 13.4ⁱ. hoc igitur tempore Sol orietur primo die Martij.idem facito & in alijs diebus.

TABVLA MERIDIEI AD LATITVDINEM GRAD. 50.



Cunctis diebus terrę ſementis, & meſsis, frigus, & ęſtus, ęſtas, & hyems, nox & dies, non requieſcent. Gen. 8.

DE TEMPORIBVS HORARIIS, ET CONVERSIONE horum temporum in alia tempora. Cap.V.

TEmpora horaria ſunt ęquatoris gradus, quibus omnia tempora metimur, ut arundine, uel paſſu terram metiri ſolemus: horum autē graduū partim horas æquales metiūtur, partim inæquales. Ea enim 4. horarum genera, de quibus ſuperius ab ortu, & ab occaſu Solis, a meridie, & a media nocte ſunt interſe ęquales, & qualibet hora oriuntur quindecim ęquatoris gradus, quod in Planetarijs quæ, ob id inæquales dicuntur; non accidit. Quot autē gradus oriantur ſingulis horis ſcire operæ pretium eſt. Nam ita quando ſingulæ incipiant, & deſinant horę ſcies, quod ad medicamenta conficienda, ad corpus exercendum, & ad cetera ad bonam ualetudinem pertinentia maximè conducit. Vtile præterea eſt ad temporum permutationem, ut infra docebimus. Quod licet id omne ſit traditum ſuperius tamen hoc loco id alio quodamodo tradetur. Vtile etiam eſt uel maximè ad quinque locorum hilegialium directiones, quod tum ad præuidendus tum ad fugiendos morbos, qui cęlorum ui hominibus accidunt, tum ad curandos maxime conducit. Dixi qui cælorum ui accidunt, quod in multos morbos incidunt homines, quod uolunt cruditate ſcilicet & aliis de cauſis, quę penitus ex illorum uoluntate pendent, de quibus nihil neque præuidere, neq; prędicere Aſtrologus poteſt.

TABVLA HORARIORVM TEMPORVM PRIMA AD LATIT. GRAD.35.



Nonne duodecim horę ſunt diei. Ioan.11.

Vsus harum tabellarum.

VT harum tabularum usum intelligas primum tibi uidendum est quo Zodiaci gradu sit Sol illo die, quo tempora horaria scire cupis, quod ex rotula sita in primo capite huius libri (ut dictum est) facere poteris. Hunc autem gradum quære in serie numerorum ab.i. usque ad 30. qui interiores sunt in rotula, & super illum gradum pone indicem mobilem in rotula affixum, in quo reperies signum, in quo reperitur eo die Sol, & communis cellula tibi horaria tempora dabit uel nocturna, uel diurna ut in rotula minori adscriptum est. Nam duo circuli uni latitudini seruit, primus habet tempora horaria diurna ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍, & nocturna ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓. Secuuda uerò continet Tempora horaria diurna ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓, & nocturna ♈, ♉, ♊ ♋ ♌ ♍.

ut in indice affixo uidere licet.

Primi

TABELLA TEMPORVM HORARIORVM SECVNDA AD LAT. GRAD. 35.



In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt, tempus redimentes. Paul. ad coll. 4.

Primi numeri in cellulis inuenti gradus significant, & secundi minuta, & quilibet grad. 4. minuta temporis tibi dant, & quodlibet minutum dant 4. secunda temporis, ut quindecim minuta in tabulis reddunt unũ minutum temporis horarum æqualium, quæ omnia exemplis illustriora fient.

Die prima Februarij 1587. scire cupio tempora horaria diurna. Primum inquiro Solis locum in Zodiaco per rotulam primam huius libri, quem esse in grad. 12. Aquarii conspicio. Deinde me recipio ad sequentem tabulam horariorum temporum ad latitudinem Grad. 45. (id enim fit Venetiis) & in secunda rotula: tempora enim diurna ♒ sunt in secunda rotula, ut in indice in medio affixo, & uolubili apparet. Postea in ordine graduum inquiro Grad. 12. super quem indicem pono nempe super lineam quæ proxime ante Grad. 12. est & in indice inquiro ♒, & cellula ibi proxima uel communis signo cum gradu tibi dabit Tempora 12. o. qui cum sint gradus æquinoctialis multiplicandi sunt ℔ 4. (ut dictum est) & fiunt 48. pronunciabis igitur Horam planetariam illius diei esse 48. minuta horæ ęqualis. Sin autem scire uolueris tempora noctu  rna eiusdem diei ingredere tabulamprimam cum gradu, & signo (ut supra fecisti) & habebis in cellula communi T. 18. o. idem dictum sit de ceteris signis, & tabellis ceteris locis inseruientibus.

Horas

TABVLA TEMPORVM HORARIORVM

PRIMA AD LATITVDINEM GRAD. 38.



A ſolis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini.
Pſal. 112.

Horas planetarias ad tempus ab occasu reducere.

QVod si volueris has planetarias, siue inæquales horas ad tempus ab occasu reducere, tempora horaria in horas,& minuta conuersa debes addere arcui nocturno,& eris voti compos.habebis.s.diurnas horas. sin horas nocturnas volueris cum incipiant & hæ horæ ab occasu satis est hæc tempora horaria conuersa toties simul colligere,quot sunt horę quas quæris. Exemplis illustrior res fiet. Die prima Februarij tempora horaria diurna Venetiis sunt 12. & nocturna 18. & Sol oritur H. 14. 24'.si 12.tempora horaria vertes in tempus æquale erunt m. 48.quod tẽpus vnius horæ planetariæ est.hoc igitur tẽpus si addideris. H. 14.24'. qui nocturnus arcus est. fiunt H. 15.m.12. pronunciabis igitur primam horam planetariam fluere ab ortu Solis vsque ad horam 15.12'. si his addideris iterum m. 48. habebis spacium secundæ horæ: incipiet.n. H. 15. m. 12.& desinet H. 16.& sic deinceps tibi agendum est, vsque ad Horam 12.quæ vltima diei hora est. si horas noctis scire cupis horaria tempora in tempus æquale conuerte, vt supra docuimus. multiplica igitur T.48.per 4.fiant H. 1. 12. quod spacium nocturnę horæ planetariæ est. Hora igitur planetaria prima noctis eiusdem diei incipiet ab occasu Solis & perdurabit vsque ad H. 1. 12'. cui tempori si addideris idem spacium vnius horæ summa erit H. 2. 24'.quo tempore desinet secunda hora,rursus si huic addideris H. 1. 12. fient H. 3. 36'. quo tempore habebis tertiæ horæ finem, & ita deinceps vsque ad H. 12. si dominos planetas singularum horarum scire desideras, consule huius rei tabulam, quam in hoc tertio libro superius habes accommodatissimam.

TABVLA

TABVLA TEMPORVM HORARIORVM

SECVNDA AD LATITVDINEM GRA. 38.



Nunquit perducis Luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terræ consurgere facis. Iob 38.

Quomodo adhibenda sit pars proportionalis tum in his, tum in superioribus & sequentibus tabulis.

CVm tibi acciderit scire velle vel solis ortum, vel meridiem, vel horaria tempora alicuius loci, ad cuius latitudinem nullam tabellā propriam habeas, tibi consulenda est proximè maior, & proximè minor latitudo, & ex his duabus eruenda est differentia, & differentia tui loci, & vel ad tabulam sexagenariam, quæ in fine horum librorum est, vel ad regulam auream reuocanda est, vt partem proportionalem eruas.

At res ipsa exemplis illustranda est. Genua Italiæ sita est ad latitudinem G. 43. 50'. tabula proximæ minoris latitudinis est G. 41. & proximę maioris est G. 45. vtraq; igitur tabula tibi consulenda est. hoc modo. scire volo, quota hora oriatur Sol genuæ die primo Ianuarij, ingredior tabulam Solis ortus ad latitudinem Grad. 41. quomodo superius traditū est. & video solem oriri H. 14. 54'. ingredior deinde tabulam ad lat. Gra. 45. & ibi solem oriri video H. 15. 22'. a maiori numero si minorem subduxeris differentiā habebis ita ortus solis D. 1. Ianuarij ad lat. Gr. 45. H. 15. 22.

ad lat. Gr. 41. H. 14. 54

Differentia quatuor graduū H. 0. 28.

Ex latitudine deinde tui loci, subducas latitudinem tabellę proximæ minoris vt tui loci differentiam habeas hoc modo.

latitudo genuæ est	Grad. 43. 50'
latitudo tabellæ proximę minoris	Grad. 41.
differentia	G. 2. 50

Ita ratiocinatio ordinanda est per auream regulam.

si gradus 4. dant m. 28. quot m. dabunt G. 2. m. 50.

m. 240 m. 170

28

1360

340

4760

2

05

230

4760 | 200

2400 (19 240

24

Si hæc minuta inuenta hoc modo addideris ortui Solis inuento in tabula ad lat. Grad. 41. quæ sunt H. 14. m. 54 fient H. 15. m. 14. (Nā licet quotiens numerus sit tantum 19. integer, tamen si quod superest animaduerteris uidebis pene unum integrum esse) pronunciabis igitur Genuæ Italiæ Solem oriri primo Ianuarij H. 15. m. 14'. Eodem modo tibi procedendum est & in tabulis meridici, & in tabulis horariorū temporum, cū tē exquisitā habere cupis. vbi tabulæ ꝓximæ maiores, & minores adsūt.

TA-

TABVLA HORARIORVM TEMPORVM PRIMA AD LATIT. GRAD. 41.



Fecit ſolem in poteſtate diei, & terram, & ſtellas in poteſtatem noctis, quoniam in æternum miſericordia eius.
Pſal. 135.

Sim

Sin quando tibi acciderit ſcire velle hanc proportionalem partem, vbi tabulæ ad latitudinem proximè minorem, & proximè maiorem non eſt, vt accidit nonnullis locis apud primam, & vltimam tabulam collocatis: ſic tibi operandum eſt. vt in ſequentibus exemplis apparet.

Scire uolo quota hora Sol oriatur Hieroſolimæ, quæ ad latitudinem Grad. 31. 40'. ſita eſt. hic nulla adeſt tabula latitudinis proximè minoris, duabus nũc proximis tabulis maioris latitudinis tibi vtendum eſt, vt primam differentiam habeas, ideſt ortus Solis inter has duas latitudines hoc modo: in tabula ad lat. Gr. 35. Sol oritur die primo Ianuarij H. 14. m. 20. & in tabula ad latit. G. 38. H. 14. 36'. ſubduco minorem numerum ex maiori, & remanet differentia harum duarum latitudinum, quę ſunt G. 3. & m. 16. aliam deinde inquiro differentiam. ſ. Hieroſolimę, & latitudinis primæ tabulę, quæ eſt Gra. 35. & Hieroſolimæ 31. 40'. quibus ſubductis ex G. 35. remanet ſecunda differentia G. 3. 20'.

ratiocinatio ſic ordinatur.

Grad. 3. differentiæ inter tabulas ſunt m. 16. quid dabit G. 3. 20.

60.	60.
M. 180.	M. 200
	16
	1200
	200
	3200

•1
*7
244
3200 |
*80 ¢ (17 7/9
*8

Pars proportionalis eſt m. 18. quæ ſubducenda eſt ex horis ortus Solis Hieroſolimæ, quòd hæc ciuitas eſt adhuc ad minorem latitudinem ſita, quę eſt tabula minoris latitudinis in hoc libello, & qua vſus ſum in parte proportionali inquirenda. Sol igitur cum oriatur die primo Ianuarij ad latitudinem G. 35. H. 14. m. 20. ab his: ſi detraxeris partem proportionalem 18'. erunt H. 14. 2'. qua hora Sol oritur Hieroſolimæ.

TA-

TABVLA HORARIORVM TEMPORVM SECVNDA AD LATIT. GRAD. 41.

Dies vltionis in corde meo ſemper.
Iſa. 53.

Sin

Sin autem ſcire volueris quota hora ſol oriatur, uel ad meridiem peruenat, vel quot ſint tempora horaria in his locis, quæ ſunt ad maiorem latitudinem, quàm eſt latitudo maior harum tabularum, ſic tibi agendum eſt, vt in his, quę ſunt ad minorem, ſed pars proportionalis eſt adēda horis inuentis in tabula tuo loco vicinioris latitudinis, non autem ſubducenda, vt ſuperius feciſti. Hoc exemplo animaduerte. Vuittimberga Saxoniæ eſt collocata ad latitudinem Grad. 51. 50'. proximiores tabulę ſunt lati. G. 50. & 48. Vide primum quota hora Sol oritur die prima Ianuarij, ſi ſolis ortus illius diei ſcire cupis, ad vtrāque latitudinem, & inuenies ad lat. G. 50. oriri H. 16. 2'. ad lat. G. 48. H. 15. 42'. horum locorum differentia eſt H. o. m. 18. differentia graduum eſt G. 2. His igitur Grad. dant m. 18. videndum deinde eſt, quantum diſtat tuus locus a proximiori tabula, quæ cum ſit latit. G. 50. & locus tuus lat. G. 51. 50'. differentia eſt G. 1. 50'. ſic igitur ratiocinatio ordinanda eſt

ſi Grad. 2. differentiæ dant m. 18. quot dabunt G. 1. 50.

60.	60.
M. 120.	M. 110
	18
	880
	110
	1980

076
980 | 16 ½
1200
12

Hæc autem pars proportionalis addenda eſt ortui ſolis tabulæ ad latitudinem Grad. 50. quę fuit H. 16. 2'. quibus additis m. 16. 2. fiunt H. 16. 18'. 30'' quod tempus eſt ſolis ortus die prima Ianuarij Vuittembergæ Saxoniæ.

TABVLA

TABVLA PRIMA TEMPORVM HORARIORVM AD LATIT. GRAD. 45.



Omnis potentatus breuis uita.
Ecclesiast. 10.


INDEX.

INDEX.

Etsi ex ijs, quæ dicta, sunt facile perspici potest, quomodo pars proportionalis eruatur, & uerum tempusortus Solis, & meridiei cuiuscunque loci cognoscatur vna cum horarijs temporibus: nõ alienum tamen mihi visum est hoc loco aliquod exemplum afferre, ut rationem eruẽdi in temporibus horarijs partem portionalem habeas, vt ad huius doctrinę perspicuitatem nihil sit amplius, quod desideres. Ad hæc igitur accipe: Vercelę ciuitas sita est ad latitudinem Grad. 44. Tabula proxima minor est ad lat. Grad. 41. proxima maior ad latitudinem Grad. 45. differentia prius inter has duas latitudines inuenienda est. Inuenio igitur prius tempora horaria diurna utriusq; latitudinis primi diei Martij (hoc enim illud est, quod mihi sciendum propono) inuenio in secunda Tabula lat. G. 45. tẽpora horaria G. 10. X (illo .n. die eo loco Sol est) esse T. 13. 50ⁱ. ad latitudinẽ vero Grad. 41. sunt T. 13. 50ⁱ. differẽtia igitur sunt 10ⁱ. Differentia vero secũda, quę est tui loci a tabula proxime minori, est G. 3. Nam latitudo in tabulis proxime minor est Grad. 41. Differentia vero inter vtramque tabulam est Gra. 4. sic igitur disponenda est ratiocinatio. si Gr. 4. mihi dant m. 10. quot mihi dabit Grad. 3.

$$\begin{array}{r} 3 \\ \hline 3\ 0 \\ 4 \\ \hline 7\frac{1}{2} \end{array}$$

Hæc pars proportionalis minuenda est de temporibus horarijs inuentis in Tabula ad latitudinem tui loci proxime minoribus. Quę est T. 13. 50ⁱ. quibus additis M. 7. 30ⁱ. fiunt T. 13. 47ⁱ. 30ⁱⁱ. Et ita pronuntiabis, tot esse ibi tempora horaria primo die Martij, in ceteris vero latitudinibus operare, vt supradictum est & res ex sententia cedet.

TABVLA TEMPORVM HORARIORVM SECVNDA AD LATITVDINEM GRA. 45.



A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis eius. Eccl. 18.

Horaria tempora ad tempus ab ortu Solis reducere.

SI horas planetarias ad tempus ab ortu Solis perducere uolueris idē facere debes in horis diurnis, quod in nocturnis faciſtis in horis ab occaſu, contra vero in horis nocturnis addenda enim ſunt horaria tempora arcui diurno, vt habeas, quod queris: illud in exemplum ſit. Die primo Martij ſcire velim quota hora ab ortu ſit quinta hora diurna. Primum inuenio Solem per primam huius libri tabulam eſſe in Grad. 10. ♈. hunc gradum inuenio in tabula ſecunda ad lat. Grad. 45. nam id uolo ſcire Venetijs, & in ea ſunt tempora diurna ♈) et in ſerie numerorum, qui ad ♈ reperiuntur & ad Grad. 10. uideo tempora horaria eſſe 13. 40'. quæ ſunt m. 54. 40''. horarum æqualium: prima igitur hora definit m. 54 40''. a Solis ortu: hoc tēp⁹ ſi quater collegeris habebis principium quintæ horæ eſſe H. 3. 38. 40''. a Solis ortu. Sin autem ſcire uolueris horam quintam noctis ſequentis, tibi uidendum eſt, quota hora Sol occidat, quod fieri poteſt omnibus ſuperioribus tabulis hoc modo: primū ex tabulis [illegible] ab ortu Solis. Na tp̄s Solis ortus ſi ſubduxeris ex 24. habebis i[illegible]n reliquo tp̄s occaſus Solis horarū à Solis ortu. Die. n. primo M[illegible]artij Sol oritur in Tabula ad latitud. G. 45. H. 13. 4'. hoc tempus ſubduco ex 24. remanēt H. 10. 56'. qui diurnus arcus eſt, & hora ab ortu Solis: Id etiam facere potueris per tabulas meridiei, Nam tempus meridiei ſubduc ex 24 remanet arcus ſemdiurnus, quem ſi duplaueris habebis diurnum arcum. In tabula igitu meridiei ad Lat. G. 45. primo Martij Meridies eſt H. 18. 32'. hoc tempus ſubduco ex 24. remanēt H. 5. 28'. quod tempus duplicatum conficit H. 10. 56'. Idem potes facere per tabulas horariorum temporum. Inquire horaria tempora diurna eiuſdem diei, quæ ſunt 13. 40'. hoc tempus conuerte in horas, & minuta ęqualia erunt m. 54. 40''. hoc autem tēpus multiplica per 12. conſurgunt H. 10. 56'. cognito igitur tempore occaſus Solis, ſi quota hora definet prima ſcire volueris, huic arcui diurno, vt vis inuento adde unius horæ ſpacium inuentum per tempora horaria nocturna inuenta in prima tabula in ſerie numerorum, quę ad ♈. & ad 10. eiuſdem ſigni gradum eſt & eris voti compos: ſunt enim tempora horaria T. 16. 20'. quę verſa in horas, et minuta ęqualia conficiunt H. 1. 5'. 20''. Hęc adde arcui diurno ſuperius inuento, qui eſt H. 10 56'. conficiūt H. 12. 1'. 20''. adde iterum habebis ſecundę horę finem. H. 13. 6'. 40''. adde iterum habebis finem tertiæ, et ita deinceps, vſq; ad duodecimam horā.

TABVLA

TABVLA PRMA TEMPORVM HORARIORVM AD LAT. GRA. 48.



Omnia in tempore ſuo comprobabuntur.
Eccl. 40.

Tempora

Tempora horaria in horas a meridie conuertere.

SI diurnas horas habere volueris post meridiem satis est colligere toties spacium vnius horæ planetariæ, quot sunt horę, cuius finem scire cupis, hoc modo primo Martij hora planetaria diurna, vt dictum est superius, est m. 54. 40ii. cum hæc hora nempe septima eius diei incipiat in meridie, ut & illud tempus, in quod hoc vertere cupio, illud sequitur, quòd m. 54. 40ii. post meridiem erit finis septimæ: quod spacium si duplicaueris habebis finem secundæ horæ, & ita deinceps. Sin volueris horas noctis, arcu semidiurno inuento, vt superius dictum est, adde tempus unius horę nocturnę, si uis primam horam, si secundam adde illud spacium bis, si tertiam ter, & ita vsque ad 12. quę finis noctis est. Sin sex horas ante meridiem volueris, inquire horam meridiei in superioribus Tabulis & huic adde tẽpus vnius horę diurnæ, si primam horam vis, si duas, adde illud spacium bis, & ita vsque ad sex. Neque videatur hoc inconueniens, quod ad inueniendas horas ante meridianas utar tempore meridiei: Hoc enim tempus constat ex arcu nocturno, & arcu semidiurno, quibus constat, & illud spacium a meridie vsque ad Solis ortũ, cadẽ enim hora Sol peruenit ad meridiem, si tempus ab occasu est, quo Sol oritur, si tempus est a meridie, ut hęc contemplantibus facile patebit. Hic exempla prætermittere mihi visum est.

TABVLA

TABVLA HORARIORVM TEMPORVM SECVNDA AD LATIT. GRAD. 48.



Festina tempus, & memento finis.
Eccl. 36.

Tempora

Tempora horaria in tempus a media nocte conuertere.

QVod si volueris tempora horaria in tempus a media nocte conuertere, sic procedendum est. Si uis scire sex horas post mediam noctem satis est tibi colligere tempus nocturnæ horæ, quod utrumque tempus idem principium habet, vt superiori die primo Martij tempus horæ nocturnæ est H.i.5^{i}.2^{ii}.post igitur mediam noctem H.1.5^{i}.20^{ii}. eris finis septimæ horæ noctis,huic tempori adde spacium vnius horæ habebis finem octauæ horę, & ita deinceps vsque ad duodecimam horam,quæ oriente Sole detinet: cum autem diurnas horas conuertere voluerís,semi nocturnum arcum in promptum te habere oportet, quod feceris si has nocturnas sex horas in tempus æquale conuersas collegeris, vel alia ratione superius tradita,& huic tempori addideris spacium vnius horæ conuersum, sed diurnæ si primam horam vis habere, si secundam bis adde, si tertiam ter & ita deinceps. Et hic aliquod addamus exemplum, ut omnes habeant aliquod lumen,quò gressus suos dirigant. Die primo Martij horas planetarias in tempus æquale a media nocte volo cõuertere. Quero prius semi noct[illegible]urnũ arcũ ex tabula ortus Solis ad latitit.G.45.& video oriri h[illegible]ora 13.4^{i}.huius dimidium est, H. 6. 32^{i}. huic tpi addo m. 54.[illegible]40^{ii}(nã hoc est spaciũ vnius horę planetariæ diurnæ,vt toties superius dictum est)& fiunt H.7.26^{i}.40^{ii}. quod tempus finem primæ horæ diurnæ tibi indicat, si finem secundæ iterum adde,si tertiæ iterum etiam,& ita usque ad horam duodecimam quæ vltima dici est. Sin primas sex horas nocturnas habere cupis semi nocturno arcui, & diurno adde spacium vnius horę nocturnæ habebis finem primæ,si bis secundę,& ita deinceps vsque ad sex,illud fit in exemplum,eodem die Sol oritur,vt dictum est H.13.4^{ii}.si huius dimidium est H.6.32 qui semidiurnus arcus est,quem seruo, si hoc tempus solis ortus subduxeris ex 24 habebis arcum diurnum H. 10. 56^{i}.cui addo semi nocturnum arcum H.6.32^{i}.& conficio H.17.28^{i}.quo tempore Sol occidit & est principiũ horę primę planetarię huic igitur addo H.i.5^{i}.20^{ii}.quod est spacium unius horę nocturnæ,conficio H.18.53^{ii}. 20. quod tempus primę horę, finis erit, si secundæ finem volueris,adde hoc spacium iterum, & ita deinceps vsque ad sex.

TABVLA

TABVLA HORARIORVM TEMPORVM PRIMA AD LATIT. GRAD. 50.



Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo. Eccl. 23.

Non me latet quidem posse, & alia ratione hæc tempora conuertire, at illam secutus sum ego, quæ mihi videtur tironibus accommodatior, cum eodem tempore rem, & rei causam quodammodo doceam, neque illud me fugit, multos esse futuros, qui dicant me pluribus verbis in hac re usum esse, quàm opus est, quibus responsum velim, quod rudibus, & ignaris nunquam satis multa sunt verba, quibus illa doctrina traditur, quam ipsi scire desiderant, at peritis multa obsunt, illi hæc omnia studiose legant, hi ne legant quidem, cum non legant, vt discant, sed detrahēdi causa, & animaduertendi, si quid peccatum est. Præterea cū omnibus consultum uelimus, & diuersis in locis diuersum diei principium fiat, & his rationem tradere volui, qua sua tempora in aliena, & aliena in sua conuertant. Hominum enim societas id postulat, & nostra studia eò spectant, vt quantum in nobis situm est, apud omnes beneficia collocemus. Hac igitur parte confecta ad cetera pergamus.

TABVLA TEMPORVM HORARIORVM SECVNDA AD LATITVDINEM GRA. 50.



Fili conserua tempus, & deuita a malo.
Eccl. 4.

DE ANNVIS PROGRESSIONIBVS. Cap. VI.

CVM ad medicorum commoditatem, & omnium hominum vtilitatem construxerim ego sequentes 13. tabulas pro annuis, & mensuruis progressionibus quinque locorum Hilegialium, vt arabica uoce dicunt, Astrologi, pro ijs, qui hæc non callent, visum est nonnulla præfari, quo planum fiet quãtam vtilitatem, atque commoditatem hæ tabellæ afferant, & cum conditæ sint ad morbos præuidendos, quinam sint illi morbi, quos astrologi præuidere non possunt, quosque possunt præuidere, & præuidendo, maxima adhibita ante diligentia (vt Ptolomeus testatur) euitare, quo vero modo id faciendum sit. aliàs si vires a Deo opt. & Max. & Venia legendi omnes libros, qui de hac re tractant, vt hæc colligi possint, dabitur, tractabimus: In præsenti autem docebimus tantũ, vt in primo libro dictum est, modum legendi litteras in huius mundi libro Dei digito inscriptus (quod ad astronomiam tantummodo pertinet, idest, ad Astrorum leges exponendas, quas illi Deus posuit) quæ suo motu vario, & diuerso varias, & diuersas syllabas componunt, atque dictiones, quas nobis legendas apponit, Deus vt suã voluntatẽ aliqua ex parte, ea. s. quę ad nos pertinet, cognoscam⁹. Sed redeamus ad rẽ. Duplici de causa existimo morbos oẽs in hominibus generari. cœlesti, uel humana, cœlestis ẽt duplex est, vel vniuersalis alicuius regionis, prouinciæ, ciuitatis, aut climatis, aut anni temporis, particularis verò, alicuius singularis hominis. Primum genus est, vt pestis, vt ille morbus, qui hic Venetiis, & aliis locis Italiæ, mal del monton, dicebatur, qui anno 1580. Mense Iulij, & Augusti pene omnes inuasit. quod autem horum morborum causa cœlestis sit, lege Marsilium Ficinum libro de peste cap. 2. ita scribentem: concreatur huiusmodi vapor in aere vniuersalioris tempore pestis ex malignis quibusdam constellationibus, præsertim ex Martis cum Saturno in signis humanis coniunctione, & ex luminarium eclipsibus, qualis est præsentis pestis in anno. s. millesimo quadrigentesimo septuagesimo nono, & qualis etiam fuit anno eiusdem millesimi octauo, & hoc potissimum lædit homines. Hæc Ficinus, idem Põtanus affirmat vna cum tota Astrologorum familia, Eà dictum est illud iam prouerbio coniunctio Saturni & Martis in cœlis pestis in terris. Nõ tamen omnis pestis ex cœlesti causa oritur, cum uel terremotu, nel multorum corporum corruptione, uel frequẽti usu eorũ, quæ in nostris cor

poribus

QVINQVE LOCORVM HILEGIALIVM ANNVAE PROFECTIONES.

Planetæ, & radiationes in Arietis do decatemorio.



Attenuati sunt oculi mei suspicientes in cœlum.
Isa. 38.

poribus malos ſuccos,& venena gignunt,niſi quis & hæc a cœleſti cauſa fieri cootendat: obſcurior tamen eſt, vel etiam diuina ira,vt in Bibliis legitur, quæ ob id dira peſtis ſæpe dicitur a bonis ſcriptoribus, quòd diuina ira mittatur. cum tamen hæc coniunctio ♄, & ♂, vel luminarium accidet, futurum tempus ne peſtiferum ſit verendum eſt. Humana vero morbi cauſa eſt, cum homo aliqua vel cupiditate, vel intemperantia aliqua facit, uel comedit, quę ſuæ vires minime ferre poſſunt,ex quo dicitur cruditas plures homines occidere, quàm enſes. Vult enim ſæpe homo in morbos incidere, cum velit ea, quæ morbos gignunt, & ſuam cupiditatem expleant: licet omnes homines natura ea fugiant, quæ interitum afferre poſſunt. Multi enim adeo dementes ſunt, qui non uera eſſet credũt,quę de alimentorũ facultatibus a medicis traduntur, uel de alijs rebus nõ naturalibus Quid dicã de mercatoribus? Quàm multa terra,marique patiuntur,ut diuites euadãt,quibus deinde in multos morbos incidunt? Hæc autem omnia alibera hominum voluntate proficiſcuntur propter hanc cauſam Aſtrologus de his morbis ne verbum quidem facere poteſt,ſcilicet eos non poteſt preuidere,licet ad illorum curationẽ nõ parũ prodeſſe poſſit. Alij vero morbi ſunt,qui certis diebus & temporibus ſingulis contingere ſolent, quodam curſu uitę illorum, & quodam corporis habitu, q[illegible]ẽ ipſi cõſecuti ſunt eo inſtanti, quo nati ſunt, qui corporis ha[illegible]bitus ſit certis quibuſdam conſtellationibus,quos morbos po[illegible]eſt ſapiẽs prouidere, & vitare vt Ptolęmeus, vbi de vtilitate Aſtrologi verba facit, teſtatur, & auctor centorũ Aphoriſmor apertiſſimis verbis docet, & multi alij,quos recenſere minime ſit opus cum ſolius Ptolomæi Auctoritas pro tota Aſtrologorum Schola habeatur. Quo autẽ modo hi morbi poſſint præuideri,non eſt noſtri inſtituti docere, ſed inſtrumenta tantum fabricare,quibus id facile aſſequi poſſint,qui Aſtrologiam hanc callent, licet hæc parum poſſint ſine directione, ad quam horaria tẽpora ſuperius tradita maxime conducunt: inſtrumenta vero hęc ſunt.

EXEM-

EXEMPLVM VNDE DVCVNTVR PROFECTIONES ANNVAE.



Non defrauderis a die bono, et particula bonæ diei non te prætereat. Ecclesiast. 14

Has

Has rotulas construere.

ANtequã harum rotularum vsum tradam, earum constructionem docere operæ pretium fore existimo, sine quo parum vtilitatis afferunt, cum hæ tredecim sequentes tabulæ sint tantummodo in exemplum, & vni tantum seruiant: licet paucis mutatis, & aliis accommodari (vt infra docebimus) possint. Vt igitur has tabellas, & tu lector candide construere possis, primum cœlestem figuram tempore, quo quis oritur erigere debes omni adhibita diligentia, & ponas sequentem esse. Volo in hanc figuram profectiones annuales conficere ad futuros morbos præuidendos: primum hanc in sequentem figuram conuerto hoc modo. Duco in longitudinem quatuor, & decem lineas. sed ita ut ultima uel prima duplum spacium contineat: deinde lineas prioribus transuersales nouem describo, postea in primis spaciis duodecim Zodiaci signorum characteres describo ab ariete incipiens, sub quibus omnes planetas sub suo signo colloco, sed ita, vt qui pauciores sui signi gradus confecerit proxime sub zodiaci signis sit collocatus, deinceps eum, qui post priorem pauciores partes signi peragrauit, & eadem ratione reliqui planetæ collocandi sunt, inscriptis gradibus, & minutis in ampliori spacio singulis planetis, & eorum radiarionibus, vt in superiori figura se habent: & hæc melius in exemplo infra cernuntur.

TABVLA

LANETAE ET PLANETARVM RADIATIONES IN TAVRI DODECATEMORIO.



Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostrę inflamata gehenna. Ep. can. Iacob. III.

TAVRVS.


INDEX.

Tabella inſeruiens ad 13. rotulas ſequentes conficiendas.

G. M.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
4. 54.	△	□	★		☿		✱	□	△		☍	
11. 28.		☍		△	□	✱		☉		✱	□	△
15. 15.	✱		☊		✱	□	△		☍		△	□
16. 34.		△	□	✱		♄		★	□	△		☍
18. 49.	△	□	✱		☿		✱	□	△		☍	
22. 22.	□	✱		☉		✱	□	△		☍		△
27. 52.		△	□	✱		♂		✱	□	△		☍

Hi planetę ita diſpoſiti tibi radiationes omnes ſuis zodiaci locis tibi oſtendunt, quod illud eſt, quod quærimus, vt noſtras rotulas profectionales fabricemus. Primum igitur circulo confecto, in quo annuin 365. dies ſit diſtributus, & ſingulis menſibus ſuis diebus adſcriptis quomodo in circulo immobili cernere licet. alius deinde circulus tibi parandus eſt, imo duodecim circuli (ut 12, & ſuperiores eſſe debent) & quilibet illorum in triginta gradus diuidendus eſt, & quilibet gradus ſaltem in 12. partes, vt quælibet illorum pars quinque gradus contineat, & ſi fieri poſſet in 60. partes diſtribuendus eſſet, vt rem exquiſitiorem haberes: inſcribat deinde graduum numeros, vt in ſuperiori exemplo cernere eſt. Sub hac autem diuiſione graduum, & minutorum debes etiam ducere lineam, quæ conficiat quoddam ſpacium, quod diuidas ita, vt quinque planetis tribuas ſuam partem, vt in tabula dignitatũ eſſentialium in ſecundo libro tributum eſt nomine terminorum, vt uno intuitu habeas non ſolum quod ſigno, gradu, & minuto planetæ, & ſuę radiationes ſint, verum etiam quo termino. 12. ita tabulis diſtributis in ſingulis debes inſcribere nomina ſignorum zodiaci, uel ſuo caractere, vel ſuis nominibus, ut in prima inſcribatur ♈. in ſecunda ♉, & ita deinceps. Poſtremo in tabula Arietis inſcribe planetas, & radiationes

PLANETAE ET RADIATIONES IN GEMINORVM DODECATEMORIO.



Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur. Prou. 10.

tiones, & figuræ domus, pro ut in tuis figuris se habent in cęlesti scilicet themate, et in figurā, quam supra nos descripsimus, & in qua planetæ cum suis radiationibus imposuimus, ut in superiori figura cælesti inest principium primę domus in Grad. 11.28'. ♈ lineam igitur rectam a centro ducas usque ad lineam terminorum, quę respiciat Grad. 11.28'. eiusdē signi. et eā ascendens, vel prima domus inscribas, deinde vide in tabula superiorū radiationum, qui planetæ, & radiationes planetarum sint sub signo ♈, & eas in tuam tabulam transferas, & in suum locum, vt in superiori exemplo in ♈. figura Grad. 4.54'. inest ♃. ♀. hunc transfer in tuā tabulam signi ♈ ducta linea a centro vsque ad lineam terminorum: ita tñ, vt si vsque ad circumferentiam produceretur Grad. 4.54'. eam contingeret, & huic adscribe ♃, ♀. deinde eadem ratione inscribe ☌ ♅. ♃, ☿, ☐, ☍. hac autem rotula, & ceteris eadem ratione confectis suis scilicet planetis, & radiationibus impositis, et domibus, vt in superioribus figuris se habent, debes ordine in duodecim circulis, in quibus annus in suos dies sit distributus, filo ita infigere, vt unà cum quodam indice superposito, vt in his exēplis patet, facile dimoueri possit. Quibus ita dipositis utere, vt infra docturi sumus. Sed quoniā tibi sciēdum est, quòd tabellæ, in qbus annus in mēses, & dies distributus est, omniū cōis est, & secunda etiā rotula, in qua est diuisum signum in gradus, & minuta: radiationes autem, & planetæ impositi sunt, vnius propriæ sunt propter hāc causā, si aliam cælestem figuram vis illis rotulis imponere, necesse est, vt lineas planetarum, & radiationum radas, & tuas imponas, vel penitus cartam, vbi sunt, precidas, & aliam imponas, ubi radiationes tuas describere possis. quomodo tñ docuimus.

PLA-

PLANETAE ET RADIATIONES IN CANCRI DODECATEMORIO.



Memor esto, quoniam mors non tardat.
Ecclesiast. 14.

Cum

De harum tabellarum vsu.

VT harum tabellarum vsum habeas alia tibi tabella ex tuo cælesti themate conficienda est, in qua ratione quadam quinque locorũ hilegiealium profectiones descriptæ sint, vt infra patet. Hæc autem quinque loca sunt ascendens. M.C. solis locus, ☽, & ☊. Quæ loca quot annis vnius signi spacium perambulant ita, ut 12. annorum spacio totum zodiacum perambulẽt, & nostrum corpus afficiunt prout sunt planetæ, domus, termini, et planetarum radiationes, in quas incurrunt, dum suum iter conficiũt, ex quo fit, ut annus 13. sit primo (quod ad hãc partem spectat) similis, et 14. secundo, et ita deinceps, ut in sequenti figura apparet.

Annuales profectiones quinque locorum hilegiealium

1538	1550	1562	1574	1586	1598	Asc. G.11.28.	M.C. G.5.33.	☉. G.22.22.	☽. G.11.28	☊ G.0.34.
1	13	25	37	49	61	♈	♑	♋	♏	♌
2	14	26	38	50	62	♉	♒	♌	♐	♍
3	15	27	39	51	63	♊	♓	♍	♑	♎
4	16	28	40	52	64	♋	♈	♎	♒	♏
5	17	29	41	53	65	♌	♉	♏	♓	♐
6	18	30	42	54	66	♍	♊	♐	♈	♑
7	19	31	43	55	67	♎	♋	♑	♉	♒
8	20	32	44	56	68	♏	♌	♒	♊	♓
9	21	33	45	57	69	♐	♍	♓	♋	♈
10	22	34	46	58	70	♑	♎	♈	♌	♉
11	23	35	47	59	71	♒	♏	♉	♍	♊
12	24	36	48	60	72	♓	♐	♊	♎	♋

Plane-

PLANETAE ET RADIATIONES IN LEONIS DODECATEMORIO.



Omne opus corruptibile in fine deficiet.
Eccl. 14.

Quinque

Quinq; locis hilegiatib⁹ ita dispositis facilē cernes, quo loco hæc quin que loca quotannis sint, & quibus libet 12. annis ad eadem principia reuerti, vt anno 13.25.37.49.61.&73. sint huius profectionis principiū, & in eodem signo, & gradu, & quomodo vnius anni spacio perambulant a gradu, & minuto signi, in quo sunt vsque ad totidem gradus, & minuta sequentis signi, vt in superiori figura Ascēdens est in Grad. 11. 28. ♈ 1586 proficiscitur usq; ad G. 11 28. ♉ & eodē mō de ceteris dictū sit

Si volueris igitur scire, quo loco initio anni tui idest cum Sol est in eodem gradu, & minuto signi, in quo est in radice, fuerit ascendens, & in quos planetas, & radiationes per totum hunc nati annum 49. incurrerit, sic agendum est, primum vide, quo die Sol erit in Grad. 22. 22'. ♋. in prima huius libri tabula, & inuenies id cōtingere die 15. Iulij, id exquisitius fit in Ephemeridibus, vide deinde in superiori tabula ꝓfectionum, in quem locum incurrat profectio ascendentis, & inuenies in angulo communi ascendentis, & anni, incidere in Grad. 11. 28. ♈. ingredere igitur tabulam primam ex his duodecim, quæ ♈. tribuitur, indicem super 15. diem Iulij colloca, & rotulā volubilem euolue ita, vt sub eius indicis linea cadat G. 11. & 28'. eius sig. deinde fac, vt hęc rotula aliquātulo cerę hęreat, cū maiori [illegible] in qua insunt menses, et super ea firmata debes voluere indicē [illegible] ita, vt cadat super lineas rectas, & in illi circulo inscriptas, & idē [illegible] ndex tibi ostēdet in circulo anni, quo die ascēdēs ad illas radiationes puenerit, vt in nostro exēplo, rotulis ita cum indice accommodatis, die 12. Octobris ascendens perueniet ad △ ☿, & die 29. Nouembris ad □ ☉. cum verò die 26. Februarij exeat ascendens de signo ♈, vt patet in figura, si super vltimam partem ♈ posueris indicem, tunc sequens signū, quod ♉ est, & in secunda figura est, ingredi debes. Principiū igitur ♉ penè ad diem 26. Februarij, & firmata rotula signi super rotula anni, vt superiorem firmasti, ceteras radiationes & planetas eodem modo inuestigare debes vsque ad finē anni qui die 15. Iulij accidet, & inuenies vnicam radiationem, quæ est □ ♀ qui incidit in Diē 26. Aprilis 1587. Inde eam quoque habebis commoditatem, ut eodem tempore videas, quibus in terminis insint illę radiationes, & Planetæ: nam sub indice id apparebit, ut. △ ☿ est in termino ipsius ♀, et □ ☉ in termino ♂, & □ ♀ in termino ♀. Sin autem scire volueris, quando ad terminos proficiscitur Ascendens, eadē ratione operādum est, fac scilicet, vt gradus, & minutum ascendentis tui anni respiciat diem, in quo Sol est, ubi erat in radice, deinde uolue indicem ad initiū cuiusque termini, & idem index tibi ostendet in circulo mensium diem, in quo ad illum terminum perueniet ascend. & in nostro exemplo continget,

PLANETAE ET RADIATIONES IN VIRGINIS DODECATEMORIO.



Omnis caro sicut fœnum veterascet.
Eccl. 14.

tinget, vt ascen. proficiscatur ad term. ☿, die 15. Augusti ad term. ♂ D. 9. Nouembris, ad term. ♄. D. 8. Ianuarij 1587: ad term. ♀. D. 26. Februarij & tunc, vt dictum est Ascend. mutat signum, & ingreditur ♉. ad term. ♀, & ad term. ☿. D. 3. Iunij, in quo moratur vsque ad finem anni, qui 15. Iulij accidit, vt dictum est. Cum autem in ijsdem rotulis signorum sint inscriptæ domus cœli, & eodem modo super illas lineas domos significantes posueris indicē videbis, quo die domos ascendens ingrediatur, vt in nostro exemplo initio anni 49. quod est Die. 15. Iulij 1586. ingreditur primam domum D. 27. Decembris ingreditur secundam domum.

Quod si profectionem anni 50. qui incipit D. 15. Iulij 1587. scire volueris, tum in superiori figura cuius titulus est annuales profectiones, quinque locorum hilegialium, tum in superiori, quæ dodecatemorio ♉. adscripta est, videbis progressionem ascendentis peruenire eo anno, scilicet 1587. ad Grad. 11. 28. ♉ in illa enim tabella apertè id in numeris, & caracteribus cernitur; in dodecatemorij vero ☾ tabella non tam apertè. Nam vbi firmaueris rotam signi super rotam anni, vt docui superius euoluas necesse est indicē ad diem 15. Iulij, & sub eodem indice videbis in rotula signi G. 11. 29. eiusdem signi ♉. sin eadē ratione vsus eris, quam superius docui, videbis ascēdēs proficisci ad △. ♄. D. 27. Septembris D. 29. Augusti ad term. ♃, ad □ ☿, die 13. Octobris, ad ☊. die primo Nouēbris, ad ✱ ☊, Die 27. eiusdem ad term. ♄, die 21. eiusdem: die vero 28. Decembris ad domum secundam, vt dictū est, ad term. ♂. die 9. Ianuarij 1588. ad △ ♂. die primo Februarij. die vero 26. eiusdem mensis egreditur signo ♉. & ingreditur signum ♊, & tunc debes vti tabula adscripta ♊, vt superius dixi, in anno 49. cum ascendens egressus est ♈, & ingressus est ♉ idem facito dum per duodecim signa perambulat. Cognita profectione annuali ascendentis, quomodo dictum est, ad progressionem Solis deueniendum est, qui (vt tum in radice, tum in tabula annualium profectionum cernitur) est anno, 1. & 13. & 25. & 37. & 49. & 61. in G. 22. 22'. 69. igitur si anno 49 (qui incidit, vt dictum est in diem 15. Iulij 1586.) scire volueris, in quos planetas & radiationes per totū illum annum incidit, inquire tabulā dodecatemorio 69. adscriptam, & indicem pone super diem 15. Iulij. deinde euolue rotulam signi ita, vt sub linea indicis cadat G. 22. 22'. (ad quem gradum habebis lineam ductā a centro, quæ inscripta est ☊. cum ille sit Solis locus) firmata deinde signi rotula super rotula anni paucula cera, euolue indicem ad planetas & eorum radios, qui in illo signo ab illo loco gradus scilicet 22. 22'. vsque ad finem signi, & aduerte in circulo mensium, quo die id accidat, & habebis, quod

quæris

PLANETAE ET RADIATIONES IN LIBRAE DODECATEMORIO.



Bona, & mala, vita, & mors, paupertas, & honestas a Deo sunt. Eccl. 11.

quæris, & in hoc nostro exemplo. die 9. Septembris proficiscitur Sol ad ✱ ☍. die vero sequenti ad term. ♄. in quo versatur vsque ad finem signi, ad quem peruenit die 15. Octobris, quo die ingreditur leonis signum: relicta igitur tabula 69. leonis tabulam ingredere, & indice accommodato super diem 15. Octobris, quo ☉ ingreditur ♌. & sub linea indicis primum minutum ♌. & firmata deinde cera hoc modo tabula signi super tabula mensium: indicem euolue ad terminos, & radiationes illius signi vsque ad diem 15. Iulij, quo tempore annus 49. desinit, nisi volueris vsque ad finem signi peruenire, & futuri anni 50. progressiones notare, quo casu potes peruenire vsque ad finem signi, deinde ingredi sequens, & ita vsque ad 12. peruenire. in nostro exemplo igitur inuenies progrediendo Solem eodem die in term. ♄ incidere, in quo versatur vsque ad diem 29. Decembris: sed interim incidere in ♀ locum die 15. Decembris, & die 27. in term. ☿ die vero 6. Martij 1587. in □. ☉. & die 25. Martij in term. ♀, die 21. Aprilis in ✱ ♃, & die 3. Iunij in ☿ locum, & die quinto eiusdem mensis in term. ♃, die vero 15. Iulij cum sit finis anni 49. nihil erit amplius in illo signo, quod ad illum annum pertineat, sed reliquum, quod est illius signi ad annum 50. pertinet, & dictũ est si profectiones aliorũ an[illegible]norũ scire cupis eadẽ ratione tibi agẽdũ est. Si eiusdẽ anni ☉ an[illegible]nuas progressiones habere cupis; vide in ꝓgressionũ tabula, quo [illegible]loco sit, & videbis esse G. 11. 28'. ♏ inquire igitur scorpionis rotam, & posito indice super diem 15. Iulii, & sub linea indicis Grad. 11. 28'. signi, & firmata signi rota super rota anni, indice utere, vt supra dictum est, ad diem inueniendum, in quem progressiones incidunt, & inuenies tunc esse in term. ♃ & die 3. Augusti peruenire ad term. ♀ 13. Septembris ad ✱ ♄ decimo Octobris ad □ ☿ 27. eiusdem ad ♍ 23. Nouembris ad △ ☉ 27. Decembr. ad cuspidem octauæ domus, ad ✱. ☍. die vltimo Ianuarii 1587. cum eiusdem mensis die 20. peruenit ad term. ♄. die vero Februarii egreditur signo ♏. & ingreditur signum ♓. in reliquo igitur eiusdem anni rota ♓ tibi vtendum est, quare ad hunc diem accommodato primo Grad. ♓, & firmata tabula signi super tabula anni, eadem ratione utere; inuenies, tunc ingredi term. ♃. & die 26. Aprilis 1587. peruenire ad △ ♀. secundo vero Iunii termi. ♀.

in

PLANETAE ET RADIATIONES IN SCORPIONIS DODECATEMORIO.



In tribulatione inuocasti me, & liberaui te.
Psal. 80.

in nihil aliud præterea vsque ad finem anni 49. incidet, quidquid erit præterea in eo signo, id omne anno 50. ascribendum est. Hoc modo & in ceteris annis tibi agendum est, vt eius anni profectiones habeas: ponamus te velle 12. annorum profectiones considerare, debes diligenter animaduertere, quòd quo die Sol vel aliud hilee egreditur signum, in quo sint in radice eo die ingreditur reliqua omnia signa: Nam Sol in hoc exemplo (vt dictum est) egreditur ♋ signo die 15. Octobris eodem igitur die omnia signa ingredietur, & potes eodem loco omnes signorum rotulas accommodare, ne in quem errorem incurras, deinde profectiones diligenter inquirere, hac tamen cautione adhibita, vt quotiescunque progredieris vltra illum diem, qui principium anni illius nati est, illas profectiones esse pro anno sequenti illi, cuius profectiones prius animaduertis, vt superius obseruauimus profectiones ☉. ☽. & ascen. pro anno 49. si progredieris vltra diem 15. Iulij, qui dies huius nati principium anni est, erit id omne vsque ad eandem diem pro anno 50. si iterum pertransieris eundem diem pro anno 51. & ita deinceps. Re ipsa sepe in huiusmodi disciplinis cognoui magis exẽpla auctoris mentem, quàm præcepta docere, ob id nunquam videor satis multa exempla dedisse, vt res satis aperta fiat. Quemadmodum igitur me non tædet amice lector tam multa in hanc sententiam conscribere ut tibi prosim sic tu minime graueris, vt tibi sis vtilis, hęc legere, & diligenter considerare, antequam tibi persuadeas te, quæ hic scribuntur, assecutum esse. Ad alias igitur profectiones pergamus. Pars fortunæ (qua Marsilius Ficinus, & cæteri medici Astrologi multis in rebus vtuntur, & maxime ad corporis morbos prǫuidendos) est in M. 34. ☊. vt superius in cęlesti themate pro exemplo adducto perspexisti, in ☊ igitur tabella ponatur hic locus ad diem 15. Iulij (qui anni huius thematis principium est) deinde progressiones obseruentur (vt dictum est superius) & inuenies ✱. ad ☌. ♀. proficisci 5. Septembris, & die 18. ad term. ☿. Ad □. ☽. die 25. Nouembris, ad term. ♀. die 13. Decembris, ad ✱. ♃. die 9. Ianuarij 1587. ad ☌. ☿. die 23. Februarij, ad term. ♃. die 26. eiusdem. Die verò 9. Martij ad cuspidem domus sextæ, initio vero diei 7. Maij ad term. ☌. & initio diei 8. Iulij hoc signo egreditur, & signum ♍. ingreditur: accommodata igitur rota signi ad rotulam anni ita, vt primus gradus ♍ respiciat diem 8. Iulij, inuenies nullum ab eo die vsque ad finem anni adesse vel

PLANETAE ET RADIATIONES IN SAGITTARII DODECATEMORIO.



Numeri dierum, & tempus dedit homini Deus, & dedit potestatem eorum quæ super terram sunt. Eccl.17.


INDEX.

SAGIT

se vel Planetam, uel radiationem, nisi quòd tunc ipsa ✱ ingreditur term. ☿. si deinde obseruaueris omnia vsque ad finem ipsius ea pro anno 50. erunt, vt signum ♎ pro 51. & ita deinceps eodem modo. Neque progressiones medii cœli mihi relinquendæ sunt, vt horum quin que locorum exempla hanc doctrinam penitus tradant. Medium igitur cœlum cum sit in Grad. 5. 33'. ♑. huius signi rotula utere pro anno 49. cum ei respondeat in progressiones annus primus, vt in hac tabula cernitur, & hunc locum ad diem 15. Iulii accommoda, & videbis quod die 20. eiusdem mensis M.C. ingreditur term. ☿ die 25. proficiscitur ad ✱.☉. die primo Octobris ad term. ♃, die 27. Nouembris ad △ ♄. die 28. Decembris ad term. ♂. die 6. Februarii 1587. ad ☌ ☉. die 9. Martii ad term. ♄. die 11. Aprilis ad △. ♂. die 7. Maii egreditur signo ♑, & ingreditur signum ♒, quo utendum est vsque ad finem anni. Quare rotula signi ad hunc diem accommodata, vt dictum est sæpius, videbis, quod tunc ingreditur term. ♄, & die 6. proficiscitur ad ☌ Veneris. nihilq; amplius esse in illo ad illum annum pertinens, & quidquid est præterea in illo signo pertinere ad annum 50. Hæc omnia si diligenter consideraueris amice lector non uereor, quin statuas has rotulas maximam vtilitatem afferre, cum vnico in[illegible]uitu cernas, quod multis computis, aliàs tibi inquirenda essen[illegible]t: quam rem his maxima cum voluptate consequeris, ex quo fi[illegible]t, ut verum studium sit, cum studium (teste Cicerone) Vehemens occupatio ad aliquid cum magna voluptate sit. Verum est, quod hæ rotulæ diem progressionis tantum nobis ostendunt, & computus horam, atque minutum, sed tamen si diligenter animaduerteris videbis hoc satis esse, cum omnia in hac scientia exquisite haberi non possint. Omnes enim periti testantur minime fieri posse, vt verum tempus sciatur, quando ☉ ingreditur primum Arietis minutum, quod si exquisite sciri non potest, neque scitur, quando cetera signa, signorum gradus, & minuta ingrediuntur.

Pla-

PLANETAE ET RADIATIONES IN CAPRICORNI DODECATEMORIO.



Creauit illis scientiam spiritus, & sensu impleuit cor eorum, & mala, & bona ostendit illis. Eccl. 17.

Directiones, & profectiones fieri, & ad stellas fixas.

CVM directiones fiant non solum ad planetas, & eorum aspectus, & ad nonnullas stellas fixas sic, & profectiones fieri possunt: quãobrem si in signorum rotulis maiores stellas inscripseris, & illas præsertim, quæ non procul absunt ab ecliptica, progressiones ad illas facere poteris.

Quam vtilitatem præterea afferant hæ rotulæ.

ERunt tibi præterea hæ rotulæ quædam memoria, quę te docebit ad quæ loca tibi directiones faciendæ sint, vt exempli gratia, vellem facere directiones ascendentis ad promissores sequentes, & video in superiori exemplo. Ascendentem esse in Gradu 11. 28^{i}. V. inquiro in illa tabula loca, ad quæ ascendens dirigendus sit,

PLANETAE ET RADIATIONES IN AQVARII DODECATEMORIO.



Expectauimus lucem, & ecce tenebræ.
Isai. 59.


AQVARIVS

AQVARIVS

& mihi occurrit primum term. ☿ in gradus 15. initio, deinde △ ☿ in Grad. 18 49'. & in Grad. 21. term. ♂. in Grad. 22. 22'. □. ☉. in Grad. 26. term. ♄, & in Grad. 1. ♉. term. ♀, in Gra. 4. 54'. □. ♀. in Grad. 8. term. ☿. Grad. 11. 28. ♂. ☽. in Grad. 15. 15'. term. ♃. in Grad. 16. 34. △. ♄. & ☿. □. in Grad. 18. 49. ♌. in Grad. 20. 16. ✱. ☉. in Grad. 22. 22'. Cuspis secundæ domus in Grad. 25. & ita deinceps ad cætera loca, & in ceteris locis, quæ diriguntur eadem ratione, quæ quantam vtilitatem, & opportunitatem afferat, studiosis hæc pauca apertè demonstrant. sin, & stellas fixas imposueris, maiorem quoque fructum inde percipies, quæ inscribendæ sunt lineis rectis, vt & planetæ, in quibus lineis stellarum nomina inscribere debes vnà cum stellarum natura, ne tibi opus sit, ea aliis locis quærere, & vt quod semel feceris, tibi semper prosit, cum nihil temporis in vita nostra sit, quod non omni diligentia nobis colligendum sit.

PLA-

PLANETAE ET RADIATIONES IN PISCIVM DODECATEMORIO.



Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit. Prou. 10.

DE MENSVRNIS PROGRESSIONIBVS. Cap. VIII.

AD corporis nostri affectiones diiudicandas non satis sunt directiones, quæ per tempora horaria fiunt, & annuas progressiones, quæ per superiores duodecim rotulas, verum etiam hæ mensurnæ profectiones, quæ per sequentem rotulam facillimè fiunt, licet directio primum locum teneat, secundum annua profectio, tertium mensurna cuius rotæ fabricationem prius docebimus, deinde vsum. Illud igitur sciendum est, quòd, vt superiori ratione quolibet anno quinque loca hilegialia triginta zodiaci gradus progrediuntur, sic hac ratione progrediuntur vnius spacium signi vnius mensis tempore. et mensis est tantummodo dierum 28. H. 2. & aliquid amplius, vt quolibet anno quilibet ex quinque locis tredecim signa progrediatur. Annus igitur integer in tredecim æquas partes distribuendus est, & quælibet pars triginta zodiaci gradibus adscribenda est. Vt autem id commode fiet, hoc excogitauimus artificium, confecimus circulum, qui ex tredecim anni partibus duodecim contineret, quæ toti zodiaci circulo responderet, quæ vero pars decimæ tertiæ parti zodiaci vel potius illi, quæ in eodem circulo zodiaci prima fuerit, inseruiret, sustulimus e circulo, & super circulum posuimus, ita tamen, vt suum ordinem sequatur. Hoc fiet planius si figuram, quã infra posuimus inspexeris, illam scilicet, quæ annum continet. Hæc superiori cœli themati seruit, cuius thematis anni initium est die 15. Iulij, & posui in figura esse hoc die elapso, vt initium anni sit initio diei 16. illa igitur parua linea recta, quę ligat circulum, cum illa parua parte, quam de annuo circulo subtraxi, & super circulo posui, & inscripsi, o, in circulo initium anni indicat, & primus dies sequens sit 16. Iulij, quo elapso sequuntur ceteri menses ordine ita, vt cum totum illum circulum percurreris, & iterum ad eandem lineam peruenieris, sit tantum 17. dies Iunij. decimus vero octauus, & reliqui dies Iunij vnà cum 15. Iulij sequuntur ordine in illa parte, quæ super posita est, quod cò factum est, vt annus tredecim zodiaci signis inseruiat, vt mensurna progressio postulat. Primę rotulæ descriptione exposita, reliquum est, vt & secundam mobilem. s. & super primam positam describamus, & eius fabricationem exponamus. Primum fiat circulus ea magnitudine, quę aream primæ rotulæ expleat ad vnguem. in cuius limbo, quatuor lineæ ducendæ sunt, primum, & extimum spacium in 360. gradus diuidendus

est,

MENSVRNAE PROGRESSIONES.



Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Iob 14.

est, secundum spacium in 36. spacia, ut quodlibet spacium decem gradus contineat, & in illis cellulis numeri inscribendi sunt 10.20.30.quo modo in figura cernis. tertium spaciū diuiditur in 12.spacia, quæ duodecim signa complectantur,& nomina signorum inscribantur: Quartū verò spacium distribuatur in terminos planetarum,& planetæ,cuius termini sunt,inscribantur. Hæc omnia sunt omnibus cœli thematibus cōmunia, quæ sequuntur sunt superioris thematis, quod pro exemplo posuimus,propria, quæ tamen rationem docere possunt, qua, & in quodcunque thema has rotulas fabricare possis. si tenes, quod supra docui, ubi ostendi, quomodo planetæ, & radiationes in iis duodecim rotulis, quæ 12.signa continent, inscribendæ erunt, hoc quoque loco facile intelliges, quæ tibi agenda sint. Quæcunque enim in illis 12.facta sunt, in hac vna,ea omnia tibi describenda sunt. illæ.n.singulæ singulis signis attributæ sunt. hæc autem totum continet zodiacum, omnes planetas, radiationes, & domus. quare hæc omnis suis zodiaci locis inscribenda sunt, quomodo in figura cernere est: At cum gradus in minutā minime diuisus sit, quod id paruum spacium minime patitur: cum tamen radiationes, & planetæ inscribis,eam debes adhibere diligentiā, vt oculis eū saltē in quatuor partes diuidas, & lineas ad eam partē dirigas: quæ vero numero minutorū sit,pximior,vt si minuta fuerit 24. 25. 26. 30.ad gradus mediū lineā dirigas si 12. 14. 16.ad primā quartam si 35. 40.42.45.50. ad secūdā quartā: si 55. 57. & ad finem penè gradus. Hac diligentia si vsus eris, non dubito, quin opus perfectissimum futurum sit. Super has autem rotulas cum index imponatur, nihil tibi opus erit eum fabricare,cum in libro eū perfectū habeas.

Rotula vero anni est superiori quidem themati solum accommodata, quod si illam ad aliud thema accommodare volueris, aliam infra habebis, quam facile tibi vtilem reddes, quo modo docturi sumus. sed iam ad vsum pergamus.

De huius figuræ vsu.

PRimum tibi quærenda est annua profectio, vt superius docuimus in tabula superioris capitis, quæ annualium profectionum quinque locorum hilegialium inscribitur, & ille Grad.& min. euoluendus est ad illam lineam,quam in anni tabula diximus,initium anni esse,& inscripta est, o, deinde firmanda est rotula zodiaci super rotulam anni aliquantulo ceræ, super quam firmatam euolue ad singulos planetas, & radiationes,& terminos, atque domos indicem, & tibi idem index ostendet

in

in circulo anni diem, ad quem ille locus progredietur, hac cautione adhibita, vt vbi perueneris ad lineam, quam initium anni diximus, scias non esse expletum annum, sed adhuc restare illam particulam, quam super circulum posuimus ob id, vbi transieris illam lineam, debes in superiori parte notare diem, non autem in circulo, vt sequenti exemplo patebit. Ascendentis igitur mensurnas profectiones si anni 49. superioris exempli scire volueris. vide in tabula ante dicta, ad quem locum proficiscatur ascendens, & videbis ad Grad. 11. 28'. ♈ hunc igitur locum ad initium anni, vt dictum est, accommoda, & euolue indicem ad primum locum obseruandum, & videbis primum peruenire ad termi. ☿. Die 18. Iulij, & 19. ad ✱ ♃. ad △ ☿. D. 23. ad ter. ♂ D. 25. ad □. ☉. die 27. ad term. ♄. D. 29. & ita ad cetera loca deinceps vsque ad lineā inscriptam, o, ad quam vbi perueneris uidebis tum ascendens primam domū ingredi, quod accidit die 17. Iunij, die vero 20. eiusdē ad term. ☿ & ita deinceps vsque ad finem illius arcus super circulum positi, qui definit in diem 15. Iulij, & in Zodiaco in gradu 11. 28'. ♉, qui locus est initium anni 50. ob id elapso anno 49. vt habeas profectiones quinquagesimi anni, hunc locum debes accommodare, & admouere ad lineā, quā initium anni fecimus, quo facto videbis initium anni in ☉ ♂ contingere, deinde die 20. eiusdem mensis ad domum secundam, & term. ♃ deinde ad cætera loca deinceps, vt studentibus facile in figura patebit. Hæc sint satis, vt huius figuræ vsū habeas, quod & ꝓ cæteris locis hilegicalibus sit dictū. Sed quoniā hæc figura ad nihil aliud valet nisi, vt viā fabricandi similem, & eius vsum discas ex aliqua parte hoc onere te leuare volui. Quæcunque n. omnibus cęli positionibus communia sunt imprimēda curauimus, cuius prima pars, ea. s. quæ annū cōtinere dēt hic infra est, quæ vero super ponenda est cū ceteris impressa est, quæ super alias figuras ponendæ sunt. Continent hæc rotula omnes anni dies 365. scilicet initiū tui anni semper esse debet ab illa linea, quæ inscripta est, o, ponamus te velle in has rotulas cœli positū diei 10. Ianuarij distribuere, fac, vt primus dies ab illa linea sit dies 10. Ianuarij, deinde 11. sinistrorsi numerādo vsque ad finem mensis vbi linea recta est ducenda a peripheria circuli centrum versus, quæ omnes lineas ductas circulariter contingat, & finem mensis aperte indicet, quo facto numerabis 28. dies pro Februario, & eadem ratione aliam lineam inscripseris pro Februario, & alias pro ceteris mensibus, quoad perueneris ad anni finem, qui erit, cū perueneris numerando ad finem illius arcus, qui super circulum positus est, si quibuslibet decem diebus mensis, 10. & 11. in fine mensiū, qui habent 31. dies, & Februarij in fine 8. inscripseris lineas, &

numerus vt nos fecimus in ſuperiori figura perfecta non incommodum erit. quo modo vero planetæ, & radiationes ſint inſcribendæ in rotula zodiaci, quam ſuper hanc ponere debes, facile eſt tibi diſcere ex iis, quę diximus in ſuperiores duodecim rotulas. Nam hic habes zodiaci diuiſionem in ſigna, & gradus, & planetarum terminos, hic omnia ſunt inſcripta præter domos radiationes, atque planetas, quod non communia, ſed propria ſunt. vtere igitur diligentia, & habebis promptuarium accommodatiſſimum ad id, quod dictum eſt.

ROTVLA INSERVIENS PROGRESSIONIBVS MENSVRNIS QVINQVE LOCORVM HILEGIEALIVM NON PERFECTA.



Omnia quæcunque faciet prosperabuntur vir iustus, cuius voluntas in lege Domini meditabitur die, ac nocte. Psal. 1.

QVAE SIGNA QVIBVS NOSTRI CORPORIS membris dominentur. Cap. VIII.

CVM in centum Aphorismis sit scriptum: Ne tangas mēbrū ferro Luna existente in signo, quod illi mēbro dominatur, quod & medici Astrologi confirmant. itemq; cū dicat Marsilius Ficinus cum aliquam partē corporis purgare vis, caue ne planeta illi membro dominans sit fortis, neque sit in eius hora: signū tamen dominans illi membro facito ascendens, & fortunatum, vel Luna in eo sit, volui & hoc loco hæc membra, & signa illis dominantia ante oculos eorum ponere, qui veritatis studiosi sunt, vt absque labore, vnico intuitu id cernere possint. Hæc figura pro quodam artificiali memoria vti possumus: omnia enim lineis, & figuris intuentium oculis tradi non possunt, quæ tamen cernuntur, quæ cerni non possunt facile nobis in mentem perducunt: præsertim si hæc diligenter attenderis, videlicet Arietem præesse capiti, atque faciei, Taurum collo, Geminos brachiis, atque humeris, Cancrum pectori, pulmonibus, stomacho, Leonem cordi, & ventriculo, atque iecori, & dorso, & costis posteriori bus, Virginem intestinis, & fundo stomachi, Libram renibus, & femori, atque natibus: Scorpionem [illegible] genitalibus, vuluæ, matrici, & ano: Sagittarium femori, atq [illegible] subinguinibus: Capricornum genibus: Aquarium cruribus, t [illegible] biisq;: Pisces pedibus, quæ omnia licet (vt dictum est) in hac figura descriptæ non sint, quę tamen cernuntur satis sunt, quæ tibi ceterorum memoriam excitent. Eadēq; ratione nostrum corpus in duodecim cœli domos distributum est, vt prima domus habeat caput, oculos, faciem, aures, polipum, orisq; fœtorem. Secunda domus collum, gutur, glandulas: Tertia, humeros, brachia, manus. Quarta pectus, pulmones, Isophagum, splenē: Quinta stomachum, hepar, cor, neruos, latera dorsum: Sexta, inferiorem ventrem cum intestinis, colum vsque ad podicem: Septima ab vmbilico vsque ad clunes cum iliis, femoribus, renibus, & lumbis. Octaua vesicam, pectinem, genitalia, spinam dorsi, ileon tenasmon, stranguriam, calculum, h morrhoidas: Nona cauam hepatis, coxarum medietatem cum clune: Decima coxarum partem inferiorem, & genua: Vndecima crura vsque ad talos. Duodecima pedes cum podagra. Quę omnia consideranda sunt, vt morbos præuidere, ac curare possis.

SIGNA

SIGNA HVMANI CORPORIS PARTIBVS DOMINANTIA.

Omnes homines terra, & cinis. Eccl. 17.

DE

DE DIEBVS CRITICIS. CAP. IX.

DIES critici, vel decretorij quem vſum apud medicos habeant ipſi medici ſibi teſtes ſunt.omnesq; eos ſibi diligenter obſeruandos eſſe fatentur. De illorum autem cauſis multi multa ſenſerunt, quæ neque ego diſputare mihi propoſui, ſed Aſtrologorum ſolum opiniones in medium afferre, & per rotulas ante oculos ponere.vt hac quoque in re oculorum rationem habeamus per quos plurima diſcere contingit Philoſopho auctore. Illud igitur ſit compertum omnibus, quod quiſque in ſe experiri poteſt, quòd noſtra corpora a Lunæ corporis varijs affectionibus afficiuntur ita,vt nulla alia cauſa præexiſtente in nobis multas affectiones ſentiamus. Quis Luna cum Ioue exiſtente ſuum corpus magis, quàm aliis temporibus valere non ſentit? quis non male afficitur in coniunctione cum Sole præſertim cum homo eſt ita animo ſoluto, & libero, vt id animaduertere poſſit? Luna.n.eſt tamquam ſpeculum,quod omnium planetarum lumina aſe depellens in nos iaculatur, propter hanc cauſam venatricem Dianam poetæ fingunt, eamq; ſuis ſagittis homines occidere per ſepe tradit Homerus. At hoc in promptu ita eſt,vt argumentis non egeat: ſenſibus.n. patet. Quorſum igitur hæc? vt intelligas veriſimile eſſe, vt in morbis tum ad ſalutem,tum ad pernitiem Lunæ affectiones maxime conducãt. Nam ſi pro humore peccante pugnat ad mortem,ſi pro contrario ad ſalutem conducit. idq; ratione naturali. Nam qui in ceteris rebus facit naturam claudicare, in his quoque vel maxime cum vult naturalium rerum ordinem peruertit,ac mutat: Natura enim illius non Domina,ſed miniſtra eſt,& fidelis,cum nihil agat,niſi quod ab illo mandatum eſt,& ab illius iuſſu ne latum quidem vnguem aberrat. Vt plurimum tamen permittit, & vult,vt quæ ab initio naturali ordine diſpoſuit, ea ſic procedant, ac progrediantur. ob id videmus ignem comburere, licet Dei iuſſu tres iudeorum pueros non combuſſerit, aquam fluere licet eiuſdẽ mandato ſteterit in exitu Iſrael de Aegipto, & in ceteris eodem modo. His igitur ita conſtitutis,illud etiam addendum eſt,quòd licet Lunæ effectus magis ſenſibus pateãt, quàm cæterorum planetarum, aç ſtellarum. vnà tamen concurrunt. omnia enim cœleſtia corpora luminis participantia eodem lumine in hæc inferiora agunt, agunt & motu, & influxu.Luna tamen cum omnium horum luminum ſit terris citima in nos vt dictum eſt, tamquam ſpeculum aliorum radios amittit, Stellæ tamen & ipſæ in hæc inferiora ſuos amittunt radios,& ea ſuo motu aliqua rõne

moue nt,

mouent, & in ea influunt, ac afficiunt. Hæc autem omnia non eadem ratione in omnibus, & in singulis operantur. singuli enim homines cũ prope singulos corporis habitus sortiti sint, quod alteri prodest, alter obesse necesse est. Nam contraria contrariis curantur, & similia similibus conseruantur: quod tamen ipsum nonn unquam ex accidenti contraria ratione se habere potest, vt.s.calor calorem perdat, & frigefaciat, & frigus adurat, & calor frigidate conseruetur,& frigus calore augeatur. Nemini igitur mirum uideri debet, si prædictionibus de hominum morbis non semper respondent euentus: præsertim cum qui prædicit non omnia animaduertit, quæ animaduertenda sunt, non solum non omnes diligenter inuestigans causas, sed qui effectus in illo subiecto ita affecto, in tali loco posito, in tali tempore, in tali ætate, & cæteris huiusmodi, ab illis causis fieri possunt: sed ad rem redeamus.

Illud quoque sciendum est, quòd Luna non solum a Planetarum radiis, & coitu vario modo afficitur ratione planetarum, & radiationum, sed ratione signi, in quo reperitur, & loci, vbi cum Sole iuncta est: tunc enim pene nouas sortitur qualitates, & noua natura induitur. Quod ipsum vulgo comprobatur, cum ferant hæc Luna est Aprilis, illa fuit Martij, quippe quæ naturam signi retineat, in quo Solis, & Lunæ facta fuit coniunctio.

Præterea quemadmodum Solis, & cæterarum planetarum radios in nos amittit ita, et stellarum fixarum earum præsertim, quę non multum ab ecliptica declinant, vt suo motu cum illis aliquando coniungatur. ob id in quinto libro de Stellis fixis copiosissime agitur. Diligens igitur medicus hæc omnia diligenter animaduertat antequam ad dies criticos accedat, & quidquam ex eis pronunciet, tum ne cuius vitæ rationẽ reddat, & negligentiæ pœnam luat, tum vt in terris eam famam consequatur, qua suus Esculapius in numerum Deorum relatus est, & Apollinis filius est habitus. His igitur præmissis rem ipsam aggrediamur.

Triplicem Astrologorum sententiam de diebus criticis animaduerti, & duplicem figuram, qua dies critici cognoscantur constituunt. alij n. figuram ex 16 angulis per zodiacum distributam constituunt, & iuxta affectiones angulorum diiudicant; alij verò quadratos oppositionem, sextiles, & trinos, ad locum in quo fuerat decubitus tempore, vel primo morbi insultu obseruandos existimant. Alij non hæc solum, sed quotidianos Lunæ congressus, & aspectus intuendos censent. De figura igitur primum 16. singulorum agam. Obseruant diligenter horã decubitus, vel inuasionis morbi tempus, & locum Lunæ in zodiaco inquirunt, & figuram constituunt eo tempore ex sexdecim angulis, qui

æquæ

æque a se inuicem distent gradus . 22. cum dimidio, & singulorum angulorum affectiones ratione planetarum animaduertunt, & secundum illas de diebus criticis diiudicat. ita tamen, vt vno in Lunæ mense quatuor tantummodo dies criticos constituant: ceteros vero vel indiciatios, vel prouocatorios angulos plenos decretorios, semiplenos, qui inter illos medij sunt indiciarios, & qui inter vtrosq; sunt, & dicunt dimidiatos semiplenos prouocatorios appellant. Quo verò modo hi distribuantur, in sequenti figura inspicias. Quæ omnibus ægrotis inseruire potest, hac cautione adhibita, vt cognito loco Lunæ morbi initio ibidem collocetur ille angulus plenus vbi Luna in superiori figura depicta est, & inspiciatur totus zodiacus, & animaduertatur, quo loco singuli anguli cadant. & ephemeridibus adhibitis animaduertatur quando Luna in iisdem angulis futura sit, & quo modo eo tẽpore affecta erit, & iuxta illam affectionem de diebus criticis, indicatiuis, atque prouocatoriis, iudicabis. Rem ipsam exemplis illustremus. Quis ægrotare cœpit die primo Ianuarij 1587. circa meridiem ex ephemeride video Lunam esse in Grad. 2. 19'. ♎ super hunc gradum in superiori rotula collocco illum angulum in quo ☉ est. & video deinde inquem zodiaci locum cadant singuli anguli, qui in rotula mobili descripti sunt: quod vt faciliùs fiat firmanda est rotula aliquantulo ceræ, ne loco moueatur. Videndum est deinde, quo modo illi anguli sint affecti per planetas & stellas fixas etiam, presertim, quæ cum planetis iungi possunt. Hoc fiat per ephemerides, in quibus video gradum 25. ♎ in quem primus angulus cadit circa decimam noctis diei secundi, hoc est ad quem angulum illa hora Luna peruenit: Tunc male affici video ab ☍ ♄, & paulo post a □ ♅: quo tempore male afficietur ægrotus. Quod verò attinet ad stellas fixas tũ ex ephemeridibus, tum ex sequẽtibus libris nostro fusiùs colligere poteris quod de hoc angulo dictum est, id & de ceteris dictum intelligatur. Qua vero ratione ex his iudicandum sit, non est huius nostri instituti tractare, qui hunc Dei librum tantummodo legendi rationem nõ autem intelligendi tradimus.

Hæc 16. angulorum figura colligitur ex centiloquio, & à multis probatur, præsertim ab Augustino Nipho Suessano philosopho, Medico, & Astrologo præstantissimo, improbatur tamen a Friderico Chrisogono medico pariter, & Astrologo peritissimo, & aspectus tantũmodo ☍, □, & ✱ probantur quippe, qui tãtum operentur in ęgrotis, cum eum locũ respicit Luna, in qua erat, cum ęgrotus in morbũ incidit, quæ figura fit, vt in sequenti apparet, quam tamẽ antequam describamus illud de medicinali mense intelligendum est. Medicinalis mẽsis triplex est. primus

est,

FIGVRA SEXDECIM ANGVLORVM PRO DIEBVS CRITICIS.



Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creauit altissimus. Eccl. 38.

est, primus est, cuius principium sumit in eo loco, vbi Luna erat, cum quis ægrotare cœpit, & perdurat dum Luna per totum zodiacum percurrens ad eundem locum peruenit, & hic est, per quem dies decretorij fiunt, & antequam fiant peritus medicus præuidet, atque prædicit. Hic autem fit, vt plurimum diebus 27.H.8. quod tamen tempus non sẽper sibi constat ratione diuersitatis motus Lunæ. Secundus mensis est, qui incipit ibi, vbi Luna cum Sole iuncta fuit, & desinit in eadem zodiaci parte, vt si Sol cum Luna coierit Grad. 10. ♈ ad eundem gradum cũ peruenerit illius mensem expletum esse dixeris, qui eodem tempore, quo superior expletur, & hic magis sibi constat, quam superior. nã semper est D.27.H.7.43^{i}.7^{ii}.& mẽsis periodicus dictus est in primo libro. tertius vero mensis est a Solis, & Lunæ coitione quoad iterum cum Sole iungetur, vt si iuncti fuerit hodie in Grad. 18. ♓ hic erit huius mensis principium, & finis etit cum peruenerit Luna ad Solem, qui ambo iungentur circa Gr. 18. ♒ & hic mensis sinodicus dicitur in primo libro, & est Dierum 29.Ho.12.44^{i}.3^{ii}. Hi tres menses diligenter considerandi sunt a perito medico, vt Apollinis filius, hoc est verus vates habeatur, & quæcũque prouidenda sunt pro ægrotorum salute præuidere, ac prouidere possit. Quod vt diligente[illegible] facere possit omnem adhibeat diligentiam, vt thema rite hora[illegible] inuasionis morbi constituat. & per trutinam Hermetis verum[illegible] ascendens inueniat. Sciat tamen Medicus, quòd non multum interest hac in re vnius horæ spacium modo Luna terminum non mutet. Adhibeat tamen quàm maximam potest diligentiam, vt verum tempus habeat, & verum Lunę locum constituat, quo facto, in sequenti rotula Lunæ locum inueniat, & ibi Lunam, quæ in mobili circulo est, collocet, & cera firmet. deinde videat in quem locum zodiaci cadant ✱. □. △. & ☌, & quando ad ea loca Luna peruentura sit, videat in Ephemeride vnà cum planetis ea loca respicientibus, vel in iis locis versantibus, & iuxta Lunę affectiones in □, vel ☌, iudicabis. de diebus criticis.

FIGVRA

FIGVRA PRO DIEBVS DECRETORIIS.



Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur. Eccl. 38.

Aliquod iam exemplum in medium afferamus, vt res illustrior fiat, & Medici habeant facilem rationem ad hanc rem intelligendam. Quis ægrotare cœpit die 4. Ianuarij 1587. H. 14. primum ritè cęleste thema erigo, vt superius docuimus: planetas impono, & Lunā esse perspicio in Grad. 12. 24ⁱ. ♒ ad hunc locum euoluo indicem, vbi ☽ est, & eiusdē loci aspectus animaduerto, sextilem dexterum cadere in Gr. 12. 24ⁱ. ♍, & □ dexterum in G. 12. 24. ♌ & △ dexterum pariter in Gr. 12. 24ʳ. ♋, & ☌ in Grad. 12. 24ʳ. ♉, & △, sinistrum in Gr. 12. 24ⁱ. ♓. □. sinistrum in Gr. 12. 24. ♒ & ✶ sinistrum in G. 12. 24. ♐. sumo deinde Ephemerides, & Lunæ cursum considero, qui est in prima facie mensis, & in secunda collumna, & diligenter inquiro, quo die ad hos aspectus Luna peruentura sit, & video peruenturam esse ad ✶ sinistrū die 8. H. 2. post meridiē. quo viso, & cognito considero Lunæ affectiones cum ceteris planetis, & videbo paulo post futuram esse Lunę coniunctionem cum ☉. quo tē pore reliquorum duorum mensium medicinalium initium erit. iusta igitur hanc malā Lunæ affectionem iudicato dē hac die indicatiua: quod vt recorderis melius, velim pro singulis ægrotis seorsim hæc omnia ex scribas, vt in sequenti figura videbis, & ægroti nomen inscribas, & tecum feras cum te ad ægro



tos conferas, vt vno intuitu cer nere possis, quæcunque ratione cœli ad illum ægrotū pertinēt, sed iā ad propositum reuertamur, & reliquos aspectus considerāmus. □ sinistrum cum cadat in Gr. 12. 24ʳ. ♒ ad illum locū perueniet Luna die 11. H. 10. noctis, quo tempore Luna platicè respiciet ✶ aspectu ♄ qui dies cum critica sit diligenter animaduertenda est. & naturam ♄ eo tempore recepturam credendum est, cum sit in ♒. ♄. signo, & ♄ respiciatur, licet non malo aspectu. △ autem pariter sinister cum cadat in Gr. 12. 24. ♓. ad eum locum peruenit ☽ die 13. eiusdem mensis post Solis ortum, quo tempore Luna discedit a △. ♃. & proficiscitur ad ✶ ☉. ad ☌ vero, qui cadit in Gr. 12. 24ʳ. ♉ peruenit Luna die 18. circa H. 14. quo tempore ibat ☽ ad ✶. ♀. & paulo post ad □ ☿. sed die 16. circa H. 4. noctis fuit □ ☽, & ☉, qui aspectus etiam considerandus fuit, & iudicandus malus, quod tunc cum Luna ♄ coniunctus fuit. Peruenit Luna ad △ dexterum, qui est in Gr. 12. 24. ♋ die 23. circa H. 7. quo tempore Luna discedit a ☌ ♃, & vadit a □ ♄. & die sequenti ad □, ☉, Die vero 25. est Luna in □ dextero, & dies critica est circa H. 13. & tunc discedit ☽ a ✶ ☌. die 27. circa ☉ ortum Luna est in ✶ dextero discedens a ✶ ♃ & proficiscitur ad ☌ ♀, & die 24. fuit ☌ ad ☉. Die vero vltimo eiusdem mensis ☽ fuit eodē loco, vbi fuit initio morbi, idq; paulo post meridiem, cū paulo ante fuerit □ ☽, & ☉. cum △ platico ♃. Hic est primi

mensis

MORBI MENSIVM FIGVRA.



Altissimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit illam. Eccl. 38.

mensis cursus,& magis cognitione dignus, cui adendum est, & aliud tẽpus, vt reliquos menses conficias. Nam videas, ♀ die 5. Februarij ☉ peruenit ad locum vbi superiori mense iuncta fuit cum Sole, & die 7. Februarij iterum cum ☉ iungitur. Hæc est mensium morborum diligens consideratio, si stellas quoque fixas addideris, quo modo in sexto libro doccbimus. Sed iam inuestigamus figuram, in qua hæc omnia descripta sunt, & alia etiam non inutilia. primus numerorum ordo dies mensis indicat, cuius initium est in ipso morbi initio, & hic est in extima circuli parte. sub hoc autem sunt aspectus ☌. □. △. & ☍. ad eundem locum, & sub iis diebus, in quibus accidunt, sub hos autem sunt omnes aspectus omnium planetarum prout se habent in Ephemeride. post hos vero statim sequuntur dies mensis currentis, vt quando hæc omnia, quę medicus prædicere potest, futura sunt, sint medicis in promptu.

Vt autem medicis consuleremus non solum illis hanc rationem morbi mensis descripsimus verum etiam curauimus vt bibliopolæ, qui hunc librum vendunt, haberẽt hos circulos impressos, in quibus facile possint medici suorum ægrotorum menses depingere, & secum deferre nomine ægroti inscripto, vt licet plurimos habeant ægrotos, singulis prospicere, atque consulere possint, & (quod in minimis ponere non debent, ex his omnibus, quos quotidie curant, tam multa obseruare, vt licet hæc non adesset ars. eam facile constituerent, & in dies se peritiores redderent. quod puris astrologis contingere non potest. Hæc hactenus de diebus decretorijs. cum nihil aliud hic quæramus, quam sub oculos ponere, quæ alii conscripserunt, omissis pene rationibus omnibus, quas qui scire desiderant, aliunde eos petant, cẽseo. Sequens autem figura est exemplum illarum quas plurimas habere debet Medicus impressas, vt in iis cuiusq; ægroti mensem facile collocare possit, ac secum semper deferre, cum ad ægrotos se confert, vt nullo labore, nulloq; dierum errore in ægroti morbum, & cum aliis medicis, & secum ipse disserere possit.

FIGVRA

FIGVRA MENSIS MORBI OMNIBVS COMMVNIS.



Noli diligere somnum, ne te ægestas opprimat. Prou.20.

Cum tempus, de quo in hoc libro multa verba fecimus me admoneat, iam tempus esse, in quo aliquantulum conquiescam, vt de se in sequenti libro alio quodamodo scribere possim. non scilicet quatenus ad corporum, sed vt ad animarum salutem pertinet, dum in terris, & his corporum vinculis versantur, vt possint tandem ad illam æternam valetudinem peruenire, in qua nullus morbus, aut alia mala affectio inest: sed summo, & æterno bono semper fruuntur nullo permisto timore, fore vnquam, & illud amittere possint.

TERTII LIBRI FINIS.

THEATRI MVNDI ET TEMPORIS.

Liber Quartus.

IOANNE PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE.

LIBRI SVMMA.

Aureus numerus cuiuslibet anni perpetui inuenitur, epactæ pariter ostenduntur, nouæ lunia reperiuntur, cyclus solaris describitur, litteræ dominicales perpetuæ explicantur, indictio ante oculos ponitur, & duplici modo cōs festi dies mobiles ostenduntur.

DE FINE LIBRI, ET AVREO NVMERO. Cap. Primum.

FINIS Christiani calendarij (de quo in hoc quarto libro agitur) est tempus perscribere, quo sanctū Pascha vnà cum ceteris mobilibus festis celebrandum sit, quod cum fiat tum nouilunijs, tum litteris dominicalibus cognitis, ob id hæc duo priùs inuestiganda nobis sunt. hoc autem cum aliis temporibus alia ratione inuentum sit hoc loco, eam ponere visum est, quam in calendario Gregoriano traditam legimus, eamq; vt in superioribus libris fecimus in rotulis ad id accōmodatis ante oculos ponemus. Et primum de aureo numero dicendum est, quo numeri epactales inuestigandi sunt. per quos numeros deinde nouilunium inuenitur. Cyclus igitur decemnouenalis aurei numeri est reuolutio numeri 19. annorum ad 1. vsque ad 19. qua reuolutione peracta iterum ad vnitatem reditur. Verbi gratia Anno 1577. Numerus cycli decemnouennalis, qui dicitur Aureus est 1. Anno sequenti 1578. est 2. & ita deinceps in sequentibus annis vno semper amplius vsque ad 19. qui aureus numerus cadet in annū 1595. post quē iterum ad vnitatem redeūdū est ita, & anno 1596. Aureus numerus sit rursus 1. & anno 1597. sit 2. &c.

quilibet autem annus aurei numeri terminatur in fine Decēbris, & in principio Ianuarij sequētis anni initiū sumit alius annus aurei numeri.

Vt hoc anno 1586. aureus numerus est 10. 1587. 11. & ita deinceps vsque ad finem numerorum 19 imo perpetuò debes quolibet anno sequenti rotula vti ita, vt semper sequenti cellula vtaris pro sequenti anno, vt post cellulam, in qua 10. numerus est debemus sequenti vti pro sequenti anno 1587. quæ 11. cōtinet, & ita in perpetuū, vt anno 1596. aureus numerus futurus sit. 1. 1597. 2. & ita deinceps. Huius autem aurei numeri ordinem habebis in limbo sequentis secundæ figuræ, ne idē sæpius repetamus. Sed quoniam valde laboriosum est, ac molestū tot annos in numerorum serie enumerare, eamq; toties repetere, donec ad annum, cuius Aureus numerus quæritur, perueniatur: præsertim si annus propositus procul ab anno 1586. quo hæc scribuntur, vel potius excribūtur ex calēdario Gregoriano: absit cōstituta est sequens tabella, ex qua sine magno labore aureus numerus cuiuscunque anni tam antequàm post hunc annum 1586. inuenietur hac arte.

Quæratur annus propositus in tabula sequenti, & in parte interiori, qui omnes anni Domini sunt: sed ita, vt ad annum tuum vnum prius addas, qui si descriptus in ea fuerit, aureus numerus in eadem cellula, sed in parte exteriori circuli collocatus est. vt anno 100. fuit aureus numerus 12. anno 2000. futurus est 5. si vero annus propositus in tabula nō continetur, accipiatur annus in tabula contentus proxime minor vnà cum aureo numero respondente. Deinde sumantur in eadem tabula anni, qui supersunt, vnà cum aureo numero respondente, qui priori aureo numero inuento addatur, reiiciantur a composito numero 19. si reiici possunt, & tandem vnitas adiiciatur. Componetur .n. hac ratione Aureus numerus propositi anni. Quòd si neque anni, qui supersūt in tabula reperiantur, accipiendus erit rursum annus proxime minor, vnà cum eius aureo numero, qui priori aureo numero inuento adiiciēdus est, & a composito numero reiiciendum 19. si reiici potest: idemq; faciēdum erit cum reliquis annis, qui supersunt, donec omnes in tabula inueneris: Et tandem vltimo aureo numero ex aureis numeris in tabula repertis consecto reiectis prius 19. si reiici possunt, vt dictum est addenda vnitas. Conficietur enim hoc modo aureus numerus anni propositi. Quod si post additionem vnitatis numerus compositus fuerit 19. ita, vt detractis 19. nihil remaneat, erit aureus numerus 19.

Exemplis res fiet illustrior. Quoniam hoc annus 1586. in tabula non reperitur, cuius aureus numerus scire cupio. sumendus est annus 1000. deinde 587. qui, quoniam in ea non continetur, capiendus est

iterum

TABVLA AD AVREVM NVMERVM CVIVSLIBET ANNI INVENIENDVM

Adde 1.



Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas, non veni soluere legem sed adimplere. Matth. 5.

iterum 500.in tabula proximè minor. postea 87. qui supersunt sumendi sunt in tabula: sed quoniam non reperiuntur; accipiendus est annus 80.in tabula proximè minor: postremo remanentes anni 7.sumendi sunt in tabula cum aureis numeris illis in suis cellulis exterioribus respondentibus,quibus (vt dictum) est addatur 1. & detractis 19. erit aureus numerus 11.vt infra patet.

Aurei numeri 1587. Typus.

Anni Domini		Aurei numeri	
pro	1000	12	
pro	500	6	
pro	80	4	
pro	7	7	
Quibus addatur		1	
Omniũ summa 1587		30	
	subtrahatur	19	
	aureus nume.	11.	1587.

Sine his tabulis etiam Aureus numerus inueniri potest, Hoc modo Anno Domini proposito addatur 1.& numerus compositus per 19.diuidatur:si ex diuisione nihil remanet erit aureus numerus 19. sin quid remanet illud erit anni propositi Aureus numerus. Vt anno 1587.addo 1.vt toties dictum est, & diuido per 19. remanet 11.& hic aureus numerus est anni propositi 1587. hoc modo

Ille numerus 83.hic ostendit tantũ toties hunc circulum decemnouenalem esse elapsum, sed ille numerus qui supersest est aureus numerus 1587.

1
03
761
*588 (83
*99
*

DE EPACTIS, ET NOVILVNIIS. CAP. II.

EPacta nihil aliud est,quàm numerus dierũ, quibus annus solaris communis dierum 363. annũ cõmunem lunarẽ dierũ 354.superat,ita & epacta primi anni sit 11. cum hoc numero annus solaris cõis lunarẽ annũ cõem excedat, atq; adeo sequenti anno nouilunia contingant 11. diebus prius, quàm anno primo, ex quo fit, epactam anni secundi esse 22. cum eo anno rursum annus solaris lunarem annum superet 11.diebus, qui additi ad 11.dies primi anni efficiunt 22. ac pinde finito hoc anno nouilunia cõtingere

22.diebus

CIRCVLVS CONTINENS EPACTAS RESPONDENTES AVREIS NVMERIS

ab anno 1582. vsque ad annum 2300.



Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Exod. 12.

22.diebus,prius quàm primo anno. Epactam autem tertij anni 3.quia si rursus 11.dies ad 22.adiiciantur efficietur numerus 33. a quo si reijciantur 30.qui vnam lunationem Embolismalem constituunt relinquetur 3.atque ita deinceps. Progredientur enim Epactæ omnes per continuum augmentum 11.dierum abiectis tamen 30.quando reiici possunt.solum quando peruentum erit ad vltimam epactam aureo numero 19.respondentem,quæ est 29.adduntur 12.vt abiectis 30.ex composito numero 41.habeatur rursus Epacta 11.vt in principio. Quod ideo fit,vt vltima lunatio Embolismica currẽte aureo numero 19.sit tantum 29.dierum. si nu.30.dies contineret,vt aliæ sex lunationes Embolismicæ,non redirent nouilunia post 19.annos solares ad eosdem dies,sed versus calcem mensium prolaberentur, cõtingerentq; vno die tardius, quàm ante 19.annos. Sunt autem nouemdecim Epactæ quot & aurei numeri, respondebantq; ipsis aureis numeris ante calendarij correctionem eo modo,quo in prima parte sequentis tabellæ dispositæ sunt.

Post autẽ anni correctionem vtimur 30.numeris Epactalibus ab 1. vsque ad 30.progredientibus, quamuis vltima Epacta,siue,quæ ordine est trigesima notata numero nõ sit,sed signo ✕ hoc propterea quia nulla Epacta esse possit 30.variis autem temporibus ex his 30.Epactis respõdent decem, & nouem aureis numeris variæ decem, & nouem epactæ, prout solaris anni,ac lunaris æquatio exposcit, quæ quidem decem, & nouem Epactæ progrediuntur, vt olim per eundem numerum 11. adduntur; semper 12.illi Epactæ, quæ respõdet aureo numero 19.vt habeatur sequens Epacta respondens aureo numero 1.id,quod sequens rotula ostendit,quæ quatuor continet. quarum prima cõtinet aureos numeros,& epactas inter se respõdentes ab anno correctionis 1582. post detractionem 10.dierum vsque ad annum 1700. exclusiuè; quo anno secunda tabella,idest secundus ordo numerorum assumendus est, quibus idem aureus numerus in limbo rotulæ respondet. tertius ordo est ab anno 1900.inclusiue vsque ad annum 2200.exclusiue, quartus ab anno 2200.vsque ad annum 2300. quælibet autem tabella vel numerorum series ab illo aureo numero initium sumit, qui illo anno currit, a quo vsus tabellæ incipit. & licet in his tabellis diuersæ semper Epactæ aureus numerus respondeant: aliquando tamen continget, vt eisdem aureis numeris eædem epactę respondeant, quæ olim ante correctionẽ calendarij. itaq; si epacta quocunque anno proposito inueniendus sit quęrendus est aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ,quæ illi tempori,in quo propositus annus continetur congruit. Mox enim sub aureo numero in inferiori ordine tabellæ reperietur

Epacta

EPACTAE AD INVENIENDA NOVILVNIA IN PERPETVVM SINGVLIS MENSIBVS.



Decima die mensis huius tollet vnusquique agnum per familias, & domos suas.

DIES M. DECEM. NOVEM. OCTOB. SEPTEM. AVGVST. IVLIVS IVNIVS MAIVS APRILIS MARTIVS FEBRVARIVS IANVARIVS


IAN
FEB
MAR
APRI
MAIV
IVNIO
IVLIO
AVGV
SEPTE
OCTOB
NOVEM
DECEM
DIES M

Epacta anni propositi, vel certe hoc signum ✕ vbi ergo illa Epacta vel signum ✕ in calendario, quod in sequenti rotula post hanc distributũ est, inuentum fuerit eo die Nouilunium fiet. Inuento aureo numero, & per aureum numerum epacta; reliquum est, vt videamus, quomodo per epactam in sequenti tabella nouilunium inueniatur. Anno igitur 1587 aureus numerus est 11. cui in superiori tabella respondent numeri epactales xxi. vbicunque in sequẽti rotula reperietur ille numetus xxi. eo die nouilunium erit. Quod vt apertius intelligatur, sciendum est, q̃ hi duodecim numerorum ordines sunt duodecim menses, vt index suprapositus ostendit, & ordo interior numerorum numerum dierum cuiuslibet mensis ostendit, vt si velis scire quoto die Ianuarij 1587. sit nouilunium debes xxi. numerum epactalem illius anni inuestigare in prima serie numerorum exteriorẽ (illi.n.vt index demonstrat Ianuario seruiunt) & super illo numero debes collocare indicem, qui in ordine numerorum interiori diẽ mensis tibi indicabit. idem facito in reliquis mensibus, & videbis quòd nouilunium Ianuarij erit Die 10. Februarij D.8. Martij D.10. Aprilis D.8. Maij D.8. Iunij D.6. Iulij D.6. Augusti D. 4. Septembris D.3. Octobris D.2. Nouembris D.1. & D.30. bis .n. in illo mense hic numerus 31. reperit r. Decembris D.30. ceteris annis eodem modo tibi faciendũ st, quod si quis idem facere voluerit in illis locis vbi anni cor ectionem admittere noluerũt eodem modo faciẽdum est, sed pro die primo debent vti nu. 11. & pro secundo 12. & expletis numeris alicuius mensi in rotulam distributis debent ingredi sequentem mensem, vt suum expleant, & ita erunt voti compotes.

Qua ratione superiores tabellæ inuentę, & distributæ sint.

VT autem intelligatur, qua ratione superiores tabellæ epactarum respondentium aureis numeris constructę sint. Addita est sequens tabella epactarum perpetua, vna cum tabella æquationis cycli epactarum, ex qua cuiusque anni epacta reperietur in perpetuum.

Harum duarum tabularum superioris scilicet & sequentis hic vsus est. Quæratur in tabula æquationis annus propositus, vel si is in tabula non inuenitur annus proxime minor, noteturq; littera alphabeti siue maiuscula, siue minuscula quæ apud illum collocata est, & aureus numerus inuestigetur anno proposito congruens. Deinde in tabella cycli epactarum (quæ superior est) perpetua similis littera notetur, & cellulæ, quæ ab illa littera inclusiue tertia est versus sinistram Aureus

numerus

TABVLA CYCLI EPACTARVM PERPETVA.



Iuxta quem ritum tolletis & h œdum, & ſeruabitis vſque ad quartamdecimam diem menſis huius.

numerus 1.tribuatur, & sequenti cellulæ ad dextram subsequens Aureus numetus 2.& ita deinceps donec ad aureùm numerum propositi anni perueniatur computata quoque littera F. maiuscula, sub qua Epacta xxv.& epacta 25. collocatur pro vna cellula. His enim rite peractis illico in cellula, in quam Aureus numerus propositi anni cadit epacta illius anni reperietur. Diligenter tamen obseruandum est, ꝙ quando aureus numerus anni propositi maior fuerit, quàm 19. quales sunt posteriores octo aurei numeri a 12. vsque ad 19. ceciderit; in cellulam litteræ F. vbi sunt duæ Epactæ xxv. 25. sumatur epacta 25. epacta vero xxv. si eandem cellulam aliquis ex prioribus vndecim aureis numeris ab 1. vsque ad 11. qui omnes minores sunt quàm 12. ceciderit.

Exemplis id planum fiet: anno 1587. respondet in tabula sequentis æquationis littera D. maiuscula, estque tunc aureus numerus 11. si igitur in superiori tabula cycli epactarum perpetua tribuas cellulæ litteræ a minusculæ, quæ tertia est a cellula D. maiuscu. aureum numerum 1.& sequenti cellulæ ad dexteram aureum numerum 2.& ita deinceps cadet aureus numerus 11. anni 1587. in cellulam epactæ xxi. Præterea anno 1710. respondet littera C. maiuscula in tabella æquationis: est rursum aureus numerus 10. Quare si aureum numerum 1. illius anni tribuas primæ cellulæ litteræ P. maiusculæ in tabella epactarum, quæ tertia est a littera C. maiuscul. reperies ✗ pro epacta illius anni. his facile quiuis tabellam componere poterit similem quatuor superioribus in superiori rotula contentis, in qua nimirum epactæ contineantur certis quibusdam anni inseruientes, vt quoniam vsus quartæ tabellæ extenditur vsque ad annum 2300. exclusiuè si quis aliam tabellam optet, cuius vsus incipiat anno 2300. quærenda erit, vt diximus, epacta anni 2300. si nãque disponantur omnes 19. aurei numeri initio facto ab aureo numero anni 2300. & sub aureo numero dicti anni collocetur epacta dicti anni inuenta: deinde reliquæ epactæ ordine sub aliis aureis numeris collocentur, quæ per continuam additionem numeri 11. ad præcedentem epactam constituantur, ita tamen vt epactæ sub aureo numero 19. positæ si hic aureus numerus in tabella vltimus non fuerit addãtur 12. non autem 11. vt supra diximus, composita erit tabella epactarum, cuius vsus incipiet ab anno 2300. inclusiuè vsque ad annum 2400. exclusiue, quod in tabella æquationis alia littera respondet nempe A.

TABVLA

TABVLA AEQVATIONIS CYCLI EPACTARVM PERPETVA.



Imolabit que eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.

DE CYCLO SOLARI SIVE LITTERARVM DOMINICALIUM 28.annorum. Cap.III.

EXposita ratione, qua numeri epactales reperiuntur, quæ est altera calendarij pars; nunc sequitur altera, quæ est, qua ratione littera dominicalis reperiatur. cyclus igitur solaris, seu litterarum dominicalium est reuolutio numeri 28.annorum ab 1. vsque ad 28. qua reuolutione peracta iterum ad vnitatem reditur: initiumq; sumit quilibet annus cycli a Ianuario veluti de cyclo decemnouenali Aurei numeri dictum est. Procreatur autem cyclus hic solaris 28.annorum ex multiplicatione 7. per 4. propterea qd propter septem dies hebdomadæ septem sunt litteræ Dominicales, & quouis quarto anno vnus dies intercalatur, ita, vt tunc ordo ille septem litterarum interrumpatur, recipianturq, duę litteræ dominicales. Hoc cyclo littera dominicalis cuiusque anni intelligatur in perpetuum, vt infra docebimus.

Vt igitur quolibet anno proposito numerus cycli solaris compositus est sequens circulus, ostendit, cuius postremus numerus, qui 28.est seruit hoc anno 1587.1588.1.& ita in perpetuum circulariter.

Sed quoniam valde laboriosum est, ac molestum tot annos in superiori circulo numerare, illumq; totius repetere, donec ad annum propositum perueniatur: præsertim vero si annus propositus procul ab anno 1587.absit: constructa est sequens tabella, ex qua sine magno labore cycli solaris numerus quolibet anno tam ante, quàm post 1587. inuenietur hac ratione.

Quæratur annus propositus in circulo exteriori, qui si descriptus in illo fuerit numerus in eadem cellula collocatus, sed in circulo interiori additis prius 9.& reiectis 28.post hanc additionem, si reiici possunt, erit numerus cycli solaris, qui quęritur; si vero annus propositus in circulo non continetur, accipiatur annus in circulo contentus proxime minor vnà cum numero cycli solaris respondente: deinde in eodem circulo sumantur anni, qui supersunt vnà cum numero cycli solaris respōdente, qui priori numero cycli solaris inuento addatur, reiicianturq; a cōposito numero 28. si reiici possunt, & tādē addantur 9. Numerus n. cōpositus reiectis pri 28. si posūt reiici, erit numerus cycli solaris quęsitus. Qd si neq; anni, qui supersūt in tabula reperiātur, accipiēdus erit rursū annus ꝓximè minor vnà cū numero cycli solaris, & inuento adiiciēdus est, & a cōposito numero reijciātur 28. si reiici possūt. idēq; faciēdū erit cū reliquis annis, q supersūt donec oēs ī tabula īueneris, & tādē

vltimo

CYCLVS SOLARIS PERPETVVS.



Edant carnes nocte illa assas agni, & azimos panes cum lactucis agrestibus.

vltimo numero cycli ſolaris ex numeris cycli ſolaris in circulo repertis addendum 9. & a ſumma, quæ conflabitur, reiicienda 28. ſi reiici poſſunt. conficietur enim hoc modo numerus cycli ſolaris anni propoſiti, quòd ſi poſt additionem 9. numerus compoſitus fuerit 28 ita vt poſt detractionem 28. nihil remaneat, erit numerus cycli ſolaris 28.

Illud ſit in exemplum. inueniendus ſit numerus cycli ſolaris anno 1000. quoniam hic annus in ſuperiori circulo reperitur, eiq; reſpõdet numerus 20. ſi addatur 9. fiet numerus 29. a quo ſi reiiciantur 28. remanebit 1. pro numero cycli ſolaris anno 1000. Rurſus inquirendus proponatur numerus cycli ſolaris anno 1587. quoniam hic annus in tabula non inuenitur, ſumendus eſt annus 1000. in circulo proxime minor eiuſque numerus cycli ſolaris 20. deinde accipiendi in tabula anni reſidui 587. qui quoniam in ea non continentur ſumendus iterum eſt annus 500. in tabula proxime minor, eiuſq; numerus cycli ſolaris 24. quo ad priorem numerum cycli ſolaris 20. inuentum addiecto conficietur numerus 44. a quo ſi detrahantur 28. remanebũt 16. Poſt hæc anni 87. qui ſuperſunt accipiendi in circulo: ſed quia non reperiuntur ſumendus eſt annus 80. in circulo proxime minor, eiuſque numerus cycli ſolaris 24 quo addiecto ad numerum priorem cycli ſolaris 20. inuentum conficietur numerus 40. a quo ſi detrahantur 28. remanebunt 12. tandem accipiendi ſunt reliqui anni 7. in circulo, & numerus cycli ſolaris 7. illi reſpondens, quo appoſito ad numerum cycli ſolaris 12. proxime relictum componetur numerus 19. Ad quem poſtremo ſi addantur 9. vt in vertice circuli iubetur, fiet numerus cycli ſolaris 28 anni 1587.

Alia quoque ratione hic cycli ſolaris numerus quolibet propoſito anno inueniatur. Anno Domini propoſito addantur 9. & compoſitus numerus per 28. diuidatur. Numerus enim qui ex diuiſione relinquitur (nulla habita ratione quotientis numeri: hic enim ſolum indicat quot reuolutiones cycli ſolaris a Chriſto vſque ad annum propoſitum peractæ ſint.) erit numerus cycli ſolaris anni propoſiti. Et ſi ex diuiſione nihil remanet erit numerus cycli ſolaris 28. vt hoc anno 1587. accidit, vt infra apparet.

Annus Domini	1587
cui addantur	9
Horum ſumma	1596

0
+0
0F0
+F96
288 (57
2

CIRCV-

CIRCVLVS PERPETVVS AD NVMERVM CYCLI SOLARIS CVIVSLIBET ANNI inueniendum. Adde 9

Sic comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta vestra habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes.

DE LITTERA DOMINICALI. CAP. IIII.

QVoniam tum propter decem dies ablatos ex mense Octobri anni 1582. tum etiam propter tres bissextos quibusq; quadrigentis annis omittendos, ordo litterarum interrumpatur necesse est; proponimus sequentem circulum litterarũ dominicalium multis post annis seruientem. triplicem enim seriem litterarum dominicalium continet. prima, quæ exterior est, debemus vti post idus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius decem diebus vsque ad annum 1700. exclusiue. secunda vero, quæ hanc sequitur in circulo ab anno 1700. inclusiue perpetua si quibusq; 400. annis tres Bissexti omittantur. tertius ordo est ab anno 1800. vsque ad annum 1900. exclusiue, qui ordo est pro exemplo vt infra docebimus.

Vsus huius circuli hic est. Idus Octobris (detractis prius decem diebus) tribuatur littera C. primæ seriei, & primæ cellulæ, quæ in sequenti circulo intelligatur illa apud quã scriptum est 1582. & sequenti anno 1583 littera b secundæ, et anno 1584. dentur litteræ A, g, tertiæ cellulæ, & sic deinceps aliis annis ordine aliæ cellulæ tribuantur donec ad annum propositum peruentum sit, idque fiat circulariter, perpetuo. Nam cellula, in quã cadit annus propositus dũmodo minor sit, quàm annus 1700. dabit litteram Dominicalem propositi anni. Quæ si vnica occurrerit, annus erit communis, si verò duplex Bissextilis, & tunc superior littera dominicam diem ostendet in Kalendario a principio anni vsque ad festum S. Matthiæ Apostoli inferior autem ab hoc festo vsq; ad finem anni. Exempli gratia sit inuenienda littera Dominicalis anno 1587. Numera ab anno 1582. quem tribue litteræ c, vsque ad annũ 1587. tribuendo singulis cellulis singulos annos, computando geminas litteras quascunque superiorem, & inferiorem pro vna cellula, cadetque annus 1587. in litteram d. quæ sextum locum in tabella occupat. Est ergo totò illo anno littera dominicalis d. annusq; communis est, cum littera simplex occurrat. Rursus sit inuestiganda littera Dominicalis anno 1616. numera ab anno 1582. (vt dictum est) vsque ad annum 1616. & peruenies ad has duas litteras c, b, septimo loco positas ab anno 1582 si circulariter numeraueris. Est ergo annus ille Bissextilis, cum duplex littera occurrat. superiorq; littera c, Dominicam diem indicabit a principio anni illius vsque ad festum S. Matthiæ, inferior autem b, in reliqua parte anni. Vt autem numeratio reddatur facilis illis annis, qui longe absunt ab anno 1582 ne sæpius cogaris omnes cellulas percurrere numerando, vt ego ad cellulam c, continentem, quæ

anno

TRES TABVLAE LITTERARVM DOMINICALIVM.



Sex diebus facietis opus, ſeptimus dies erit vobis ſanctus, & ſabbathum, & requies. Exod. 35

anno 1582.tributa fuit apposui illum anni numerum sic vbi ad illum annum perueneris,qui futurus est 1610.debes ibi ascribere,sic vbi perueneris ad annum 1638.quo anno erit idem, C, littera dominicalis.& ita deinceps vsque ad annum 1700. cui temporũ prima tabella in exteriori parte posita seruit, vt in eodem circulo apparet. Finito autem anno 1699.in cuius fine vsus exterioris tabellæ in sequenti circulo posita assumenda est secunda.s.quæ proxime a prima in circulo continetur,cuius vsus ab anno 1700. incipit, estq; perpetua si adiuncta tabula æquationis adhibeatur hoc modo.

Inuenturus litteram dominicalem cuiuslibet anni, qui non minor sit anno 1700.Vide in tabula æquationis, quæ infra posita est, qui numerus ex antiquis Romanorum notis in circuli limbo anni propositi, quòd anni interiores sunt in circulo(si is annus in eo descriptus nõ est) anni proxime minoris,reperitur,eumq; in tabella litterarum dominicalium perpetua in superiori circulo posita, vt dictum est nota. si enim cellulæ huius numeri antiqui Romani tribuas annum in tabella æquationis acceptum, sequentem vero annum sequenti cellulæ, & ita deinceps donec ad annum propositum perueneris circulariter procedendo incides in cellulam litteræ dominicalis, quam quæris. quæ si fuerit simplex annus propositus communis erit, si verò duplex Bissextilis, exceptis annis illis centesimis, in quibus dies intercalaris omittitur, quales sunt omnes illi, qui in æquationis tabula expressi sunt. in his enim, quoniam communes sunt,interior duntaxat assumenda est,relicta superiore,quia hæc in anno præcedenti vsum habuit. In aliis centesimis Bissextilibus,cuiusmodi sunt omnes illi, qui in tabula æquationis notati non sunt, vtraque littera inuenta est accipienda, quemadmodum in aliis annis bissextilibus.

Exemplum anno 1710. respondet in tabula æquationis hic numerus amplius I. quia, cum dictus annus in tabula æquationis non contineatur, accipiendus est annus 1700. proxime minor, cui respondet numerus I. Igitur si ab anno 1700. in tabula reperto fiat numeratio in tabella litterarum dominicalium perpetua per cellulas vsque ad annum propositum 1710. initio facto a prima cellula, supra quam nimirum idem numerus antiquus I. qui in æquationis tabula repertus est, reperietur, littera dominicalis, e, secunda post bissextum. eritque annus 1700.communis, & secundus post bissextum. Rursum. anno 1912. respondet in tabula æquationis numerus antiquus III. Numerando igitur ab anno 1900. in tabula reperto in tabella litterarum dominicalium per cellulas initio facto a cellula supra, quam nimirum positus est

antiquus

TABVLA AEQVATIONIS SVPERIORIS

TABELLAE LITTERARVM DOMINICALIVM

ab anno 1700. perpetua.



Primo mense quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azima.

antiquus numerus III. vsque ad annum 1912. inueniemus duas litteras Dominicales g.f.eritq; annus ille Bissextilis. Præterea anno 1800. in tabula æquationis respondet antiquus numerus II. cui in tabella litterarum Dominicalium respondent duæ litteræ f.e. quarum inferior, e, solum illi anno deseruiet, quoniam annus est communis, & superior littera f fuit Dominicalis anno præcedente 1799. Postrèmo anno 3600. respondet in tabula æquationis numerus antiquus III. prope annum 3500. proxime minorem: si igitur ab anno 3500. in tabella litterarum Dominicalium numerentur cellulæ sumpto initio a cellula huius numeri III. inuenientur duæ hæ litteræ b, A, quarum vtraque accipienda est, quia annus ille centesimus Bissextilis est, cum in tabula æquationis non contineatur.

Facillima porro est constructio huius tabellæ æquationis. Progreditur enim per omnes annos centesimos, qui Bissextiles non sunt omissis centesimis Bissextilibus, quia in illis ordo litterarum Dominicalium interrumpitur. In his verò non itaque post ternos quosque centesimos vnus annus centesimus relinquitur in tabula, cum ille sit Bissextilis. Deinde vt vides numeri antiqui I. II. III. ordine repetuntur.

Ex his non difficile erit cuilibet ex superiori tabella perpetua decerpere tabellam particularem suo tempori deseruientem. si enim tabella 28. litterarum Dominicalium coponatur principio sumpto a cellula illius numeri antiqui, qui in tabula æquationis cuilibet anno centesimo respondet, confecta erit tabella deseruiens ab eo anno centesimo vsque ad annum centesimum, qui in tabula æquationis sequitur exclusiue. ita tamen, vt ex primis duabus litteris anno illi centesimo, a quo vsus tabellæ incipit respondentibus inferior assumatur relicta superiori. Hac arte constructa est tertia tabella, quæ in superiori circulo litterarum Dominicalium est centro proximior, cuius vsus est ab anno 1800. duratque vsque ad finem anni 1891. hac lege vt anno 1800. littera Dominicalis sit e, inferior primarum duarum f.e. sequenti deinde anno 1801. littera Dominicalis sit d. &c.

Expeditè quoque eandem litteram Dominicalem cuiusq; anni perpetuo inueniemus tam ante, quâ post correctionis annum, ex antiquo cyclo solari, seu litterarum Dominicalium 28. annorum, quo ad hanc vsque diem Ecclesia vsa est. Hic autem vnà cum cellula æquationis, quæ per omnes annos centesimos progreditur ita, vt quartus quisque centesimus sit Bissextilis, & tunc idem numerus antiquus repetatur, ita se habet.

CYCLVS

CYCLVS SOLARIS, SEV LITTERARVM DOMINICALIVM ANTIQVVS

28.annorum perpetuus.



Vsque ad vicesimam eiusdem mensis ad vesperam pariter azima comedetis.

Inuenturus igitur litteram dominicalem quocunque anno dato; Vide in tabula æquationis, (quæ infra proxime ſequitur) qui numerus antiquus in limbo circuli anni propoſiti; qui interior eſt, vel ſi is tabula deſcriptus non eſt, anni proxime minoris reperitur, eumq; in cyclo ſolari (qui ſuperior proximus circulus eſt) nota. Ab hoc enim incluſiuè ſi numeres tot cellulas litterarum dominicalium dextrorſum ſecundũ ſcilicet morem noſtrum ſcribendi, & legendi, idque circulariter, quot vnitates in numero cycli ſolaris currente (quem ex cap. 3. inuenies) continentur, incides in cellulam litteræ dominicalis, quam quæris: Quæ ſi fuerit ſimplex, annus propoſitus communis erit, ſi verò duplex Biſſextilis: exceptis illis annis centeſimis, in quibus intercalaris dies omittitur, cuiuſmodi ſunt omnes illi, ac ſoli, quibus in tabula æquationis ſyllaba (Bis) appoſita non eſt. In his enim quoniam communes ſunt, inferior littera ex duabus inuentis aſſumenda eſt relicta ſuperiori, quoniã hæc in præcedenti anno fuit dominicalis. In centeſimis aliis biſſextilibus, quales ſunt omnes illi, quibus ſyllaba (Bis) adiuncta eſt, vtraq; littera eſt accipienda, quemadmodum in aliis annis Biſſextilibus.

Exemplum Anno 1699. reſpondet in circulo æquationis numerus antiquus. I. prope numerum 1600. proxime minorem, cum ergo anno 1699. numerus cycli ſolaris ſit 28. numerandæ erunt 28. cellulæ litterarum dominicalium initio facto ab ea, ſupra quam numerus hic. I. poſitus eſt vſque ad d. quæ erit littera dominicalis eo anno, tertia poſt biſſextum. Rurſus anno 1700. reſpondet in æquationis tabula numerus antiquus. II. eſtque numerus cycli ſolaris I. in prima ergo cellula litterarum dominicalium ſub numero antiquo II. ex duabus litteris d, c, inferior erit littera d. dominicalis illius anni, quia communis eſt, & ſuperior littera d. fuit dominicalis in præcedenti anno 1699. vt in proximo exemplo patuit. Poſtremò anno 2000. reſpondet in tabula æquationis numerus antiquus IIII. numerus autem cycli ſolaris tunc eſt 21. quare ſi numerentur 21. cellulę litterarum dominicalium initio facto a cellula huius numeri antiqui IIII. inuenientur duæ hæ litteræ b, A. quę ambæ dominicales erunt eo anno cum biſſextilis ſit.

ROTA

ROTA AEQVATIONIS CYCLI SOLARIS ANTIQVI.



Septem diebus non inuenietur fermentatum in domibus vestris.

DE INDICTIONE CAP. V.

INdictio est reuolutio 15. annorum ad 1. vsque ad 15. qua reuolutione peracta iterum reditur ad vnitatem: initiumque sumit quilibet annus huius cycli a Ianuario in bullis Pontificijs, sicut de cyclo decemnouenali Aurei numeri scripsimus, & quoniam indictionis frequens vsus est in diplomatibus, & scripturis publicis, facile annum indictionis currentis quolibet anno proposito inueniemus ex sequenti tabella, cuius vsus perpetuus est: initium tamen sumens ab anno 1588. quo 1. indictio est. nam anno 1587. fuit 15. qui huius ordinis numerorum postremus est: anno vero 1589. erit 2. & ita deinceps in futurum perpetuò circulariter eundem ordinem seruabis.

Quoniam verò molestũ est, ac laboriosum, tot annos in circulo percensere, redeundo sæpius ad eius principium, quousque anni propositi indictio reperiatur, præsertim si annus propositus lõge ab anno 1588. absit, confecimus aliam rotam, ex qua sine magno labore indictio cuiusuis anni tam ante, quàm post annum 1588. inuenietur hoc modo.

Quære annum propositum in tabula, vel proxime minorem si is in tabula non reperitur: deinde residuos annos, vnà cum indictionibus supra illos annos collocatis. si enim has omnes indictiones in vnam summam collegeris eo ordine, vt in cap. tam aurei numeri, quàm cycli solaris docuimus, & tandem addideris 3. reiectis tamen semper 15. quoties possunt reiici; habebis indictionem anni propositi. Quòd si vltima summa post additionem 3. fuerit 15. ita vt abiectis 15. nihil relinquatur, erit indictio 15. Id quod vno, aut altero exemplo faciemus perspicuum. Anno 2000. respondet in tabula indictio 5. cui si addantur 3. fiet indictio 8. anni 2000. Item vt anno 1582. reperiatur indictio; accipiendus est annus 1000. proxime minor vnà cum indictione 10. deinde ex reliquis annis 582. annus 500. proxime minor vnà cum indictione 5. qua ad priorem 10. adiecta efficietur numerus 15. a quo si abiiciatur 15. nihil superest. Post hæc ex residuis annis 82. sumendus est in tabula annus 80. proxime minor vnà cum indictione 5. quæ addita indictioni 0. quæ proximè relicta fuerat, faciet numerum 5. cui si adiungatur indictio 2. respondens residuis annis 2. fiet numerus 7. Huic tandẽ si addantur 3. componetur indictio 10. pro anno 1582. Postremo indictio anni 3040. ita inuenietur. Indictio 0. respondens anno 3000. proxime minori addatur indictioni 10. quæ residuis annis 40. respon-

ROTA INDICTIONIS PERPETVA.



Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cętu Israel.

det, habebiturq; numerus 50. cui si addantur 3. fiet indictio 13. anni 3040.

Verum absque hac tabula perfacilis quoque inuentio indictionis cuiuslibet anni per præcepta Arithmetices hoc pacto. Anno Domini proposito addantur 3. & compositus numerus per 15. diuidatur. Numerus enim ex diuisione relictus (Nulla habita ratione quotientis numeri, cum hic solum ostendat, quot reuolutiones cycli Indictionis a Christo ad annum datum transierint) erit indictio quæsita.

Vt anno 1587. addo 3 fiunt 1590. quem numerum partior per 15. remanetq; ex diuisione nihil. est ergo tum indictio 15. vt anno 1588. est indictio 1. quod ex diuisione remanet 1.

ROTA

ROTA AD INDICTIONEM CVIVSLIBET ANNI INVENIENDAM.

Adde 3.



Habebitis hunc diem in monimentum, & celebrabitis eum solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Exod. 12.

DE FESTIS MOBILIBVS. Cap. VI.

COgnito die, quo fit Solis, & Lunæ coniunctio, & littera dominicali, quas duas res diximus initio huius libri ad inuestigandum Sanctum Pascha, & reliqua festa mobilia, esse necessarias, nũc reliquum est, & qua ratione id faciendum sit, aperiamus. Quoniam ex decreto sancti concilij Nicæni Pascha, ex quo reliqua festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime succedit xiiij. lunæ primi mensis; (is vero apud Hebræos vocatur primus mensis, cuius xiiij. luna vel cadit in diem Verni æquinoctij, quod die xxi. Mensis Martij contingit, vel propius ipsum sequitur) efficitur, vt si Epacta cuiusuis anni inueniatur ex cap. 2. & ab ea in superiori circulo numerorum epactalium notata inter diem octauum Martij inclusiuè, & quintum Aprilis inclusiue (Huius enim Epactæ cadit Luna vel in diem Equinoctij Verni, idest in diem 21. Martij vel eum propius sequitur) numerentur inclusiue contrario ordine numerorum dierum versus dies 14. proximus dies dominicus diem hunc 14. sequens, ne cũ iudæis conueniamus si forte dies 14. Lunæ caderet in diem dominicũ, fit dies Paschæ. vt autem scias in quosnam ex illis diebus Pascha cadat, hæc rotula tibi consulenda est, in qua litteræ dominicales per omnes menses, vt in Kalendario distributæ sunt. cuius series numerorum interior tibi mensis dies indicat, rotula verò, quæ affixa est, & voluitur vnà cum indice ab eo pendente mensem indicat, vt posito super 1. tibi ostendat, quæ litteræ dominicales sint adscriptæ singulis primis omniũ mensium diebus, Nempe Ianuarij A. Februarij, d, Martij, d, Aprilis, g, Maii, b, Iunii, e, Iulii, g, Augusti, c, Septembris, f, Octobris, A, Nouemb. d. Decẽbris, f, ita deinceps de reliquis diebus fit dictum.

Vt autem inueniatur Pascha illud fit in exemplum Anno 1587. epacta est xxi. & littera dominicalis, d, quæro igitur hanc epactam xxi. in rotula epactarum ad inuenienda nouilunia supra posita in capite secũdo, inter octauum diem Martij, & quintum Aprilis inclusiue, inuenioque eam adscriptam decimo Martii die, a qua inclusiue versus finem mensis secundũ, f. ordinem numerorum, & mensiũ numero xiiii. dies, vt habeam xiiii. Lunam in superiori rotula litterarũ Dominicaliũ, quam video cadere in diem 23. eiusdem mensis Martii post quem diem littera dominicalis, d, reperietur adscripta diei 29. eiusdem Martii.

ROTVLA LITTERARVM DOMINICALIVM PER OMNES MENSES, VT IN Kalendario, distributarum.



Pascha nostrum Christus est. Paulus ad Corinth. 1.

IAN.
FEBR
MART.
APRI.
MAIV.
IVNIV.
IVLIVS
AVGVS.
SEPTEM
OCTOB.
NOVEM.
DECEM.
DIES. M

IAN.
FEBR
MART.
APRI.
MAIV.
IVNIV.
IVLIVS
AVGVS.
SEPTEM
OCTOB.
NOVEM.
DECEM.
DIES. M

tij. Pascha ergo anno 1587. celebranda fuit die 29. Martij. Hoc exemplum sit satis, vt intelligas, qua ratione quotannis pascha tibi inuenieudum sit.

Inuento autem die paschæ, facilè alia festa mobilia inueniuntur. si.n. ante diem Paschæ numerentur sex dominicæ in rotula litterarum dominicalium habebitur prima dominica quadragesimæ, & proxime præcedens feria quarta erit prima dies quadragesimæ, hoc est dies cinerũ, quam proxime præcedit Dominica quinquagesimæ, & ante hanc celebrabitur Dominica sexagesimæ, quam Dominica septuagesimæ præcedit. Si vero post Dominicam Paschæ in superiori rotula, aut Kalendario numerentur quinque Dominicæ sequentur quintam Dominicam statim rogationes, & proxime sequens feria quinta erit Ascensio Domini. Septima autem Dominica post Pascha erit Pentecostes, cui statim succedit Dominica Trinitatis, & feria quinta proxima celebrabitur festum corporis Domini. Hac ratione anno 1592. cum Pascha celebretur die 29. Martij celebrabitur prima dominica quadragesimæ die 16. Februarij currente tunc littera Dominicali, e, Dies autem cinerũ erit 12. Februarij, & Dominica septuagesimę cadet in diem 26. Ianuarij, Rogationes die 7. Maij. Ascensio [illegible] Domini die 7. Maij: & festum Trinitatis die 24. Maij: Festum [illegible] denique corporis Domini die 28. Maij celebrabitur. Numerus [illegible] verò Dominicarum inter Pentecostem, & aduentum hac ratione inuenitur. Supputantur ante Natiuitatem Domini quatuor Dominicæ: quarta enim Dominica ante Domini Natiuitatem est prima Dominica Aduentus, quapropter si numerentur omnes Dominicæ post pentecostẽ vsque ad primam Dominicam Aduentus Domini exclusiuè habebitur numerus Dominicarum inter Penrecostem, & Aduentum Domini.

Ceterum vt facilius omnia festa mobilia inueniantur compositæ sũt duæ tabulæ, altera quarum, quæ mihi expeditior visa est, in sequentem rotam congessimus, in qua festa mobilia ita reperiũtur; in exteriori parte circuli reperiatur epacta currens anni propositi in secundo circulo, vel ordine, vbi adsunt litteræ dominicales, accipiatur littera dominicalis pariter anni propositi, sed quæ sequitur dextrorsum epactam, ita vt licet statim sub epacta currente esset, non tamen illa vti debemus sed quæ sequitur. super quam litteram dominicalem si euolueris indicẽ in medio rotæ affixum, hic omnia mobilia festa tibi ostendet. vt exempli gratia. Anno 1583. Epacta fuit vij. & littera dominicalis b. In rota igitur si litteram dominicalem, b, sumpseris, quæ prima dextrorsum est ab epacta currente vij. & super illa collocaueris indicem, tibi ostendet

index

ROTA AD INVENIENDVM SANCTVM PASCHA, ET CETERA FESTA MOBILIA perpetuò.



Requieuit Deus die septima ab vniuerso opere, quod patrarat.
Gen. 2.

index in rota ſeptuageſima die 6 Febr. diem cinerum 23 Febr. diem Paſchatis 10. Aprilis: Aſcenſionem Domini 19. Maii: diem Pentecoſtes 29. Maii, & feſtum corporis Dñi 9. Iulii. Dominicas vero inter Pentecoſten, & aduentum erunt 25. & aduentum die 27. Nouembris, quod idē faciendum eſt pro cæteris annis. item anno 1585. Epacta fuit xxix. & littera dominicalis f, quæ in rota reperitur ſub epacta quare ſumenda eſt f, littera, quæ proxime dextrorſum ab epacta reperitur, ſuper quam poſito indice inuenies ſeptuageſimam die 7. Februarii. die cinerum 6. Martii Paſcha die 21. Aprilis &c.

Notandum tamen eſt, quòd quemadmodum in anno communi cadente littera dominicali ſub epacta, ſumitur littera proxime ſequens dextrorſum ab epacta, vt diximus: ita quoque in anno biſſeſtili ſi alterutra litterarum dominicalium tunc currentium ſub epacta reperiatur, aſſumendæ ſunt aliæ duæ ſimiles litteræ proxime ſequentes dextrorſum ab epacta, vt feſta mobilia inueniantur.

Sancto Paſchate conſtituto ceteriſque mobilibus diebus feſtis operæpretium eſt, vt & nos feriamur, Deoq; Opt. & Max. gratias agamus, quòd nos ad hoc vſque tempus ſeruauerit incolumes, & ad hunc noſtræ nauigationis quartum portum perduxerit, in quo aliquantulo moraſ ſacto, & diuino auxilio muniti nos ad id, quod noſtri itineris reliquum eſt accingemus.

QVARTI LIBRI FINIS.

THEA-

THEATRI MVNDI ET TEMPORIS

Liber Quintus.

IOANNE PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE.

LIBRI SVMMA.

In hoc quinto libro 48. imaginum cœlestium Fabulæ singularum Stellarum Longitudines, Latitudines, Magnitudines, & Naturæ exponuntur, eorum Imagines cum gradibus longitudinis & latitudinis, & omnes stellæ sub oculos ponuntur.

LIBRI PRAEFATIO.

Caput Primum.

NOBIS propositum est in hoc quinto libro octauam sphæram, uel potius quadraginta octo cælestes imagines vnà cum singulis stellis in illis contentis describere, & vt in superioribus libris fecimus, quidquid descriptum est idoneis figuris ante legentium oculos ponere: ut inde vtilitatem cum voluptate studiosus lector percipiat. Hæc autem hoc ordine describuntur. Primum habes singularum stellarum longitudinem, latitudinem, magnitudinem, & naturam, deinde imaginis fabulam, postremum imaginem cum stellis suo loco collocatis, In hac autem pictura, qui eam prosecuti sunt in alterum duorum errorum, eos incidisse animaduerti. Alij enim stellas tantum sine imaginibus apposuerunt, ut faciliùs & planiùs (inquiunt ipsii) cernerentur, hoc quidem assecuti sunt, sed nullam rationem localis memoriæ, propter quam arbitror antiquos illas imagines finxisse habuerũt. Alij uero imagines de-

pinxerũt, quorum venustatem, dum exprimere conantur, ita stellas cõtundunt, ut minime cerni possint. Ego uero mediã secutus uiam, vtrũque errorem mea sententia effugi: imagines enim nullis vmbris cõfusas descripsi, ut omnes appareãt stellæ, & imago memoriam localem efficiat, & effectam conseruet. Habet præterea studiosus longitudinis & latitudinis gradus in singulis tabellis, vt verum situm singularum stellarum sub oculos habeat, quod hactenus, quod nemine factum est, licet id multas opportunitates habeat. Illud præterea sciendum est, quòd longitudo hæc incipit a prima stella, quæ in cornu arietis est, quæ olim in sectione uerna erat, & signa zodiaci, quæ in singulis tabulis posuimus, sunt signa zodiaci octauæ sphæræ, non decimæ, ut perpetuum sit opus, quod non sic se haberet, si longitudo, & illa signa inciperent a sectione verna, vt zodiacus decimæ sphæræ facit, qua ratione tamen hæc signa, & hæc longitudo ad illam, & illam longitudinem reduci possint suo loco docebimus. In fine verò libri habebis quo pacto quis qualibet nocte possit singulas stellas obseruare, & dignoscere, non qualibet nocte omnes, cum dimidium cœli tantum unica nocte super horizontẽ, ascendat sed diuersis anni temporibus omnes commodissime obseruari poterunt quæ obseruatio perpetua est, quod ijs non accidit tabulis, quæ ob id, ab Alexandro Piccholominæo conscriptæ sunt. Et nostre hac in re non solum illis præstant sed etiam quòd ille stellas tantum primæ secundæ: tertiæ: & quartæ: magnitudinis apposuit, nos uerò, & quintæ & sextæ unà cum obscuris, & nebulosis vt huius rei studiosis quantum in me situm est, satisfaciam.

DE VTILITATE QVAE A COGNITIONE STELLARUM inerrantium proficiscitur. Cap. II.

SIC natura comparatum est, ut non libenter homines ullum negocium suscipiant, nisi prius exploratum habeant, quid inde utilitatis sibi emanaturum sit, quamobrem ante quam de inerrantibus stellis tractatum aggrediamur, de vtilitate huius scientiæ breui quadam ratione uerba facturi sumus, ne plus loci in hoc voluimine hæc habeat pars, quàm reliqua, quæ hic tractantur habuerũt. Ex multis igitur, quæ hic dici possunt, quinque tantũmodo capita attingemus. Vtilis.n.est præcipue ad agriculturam, ad nauigationẽ ad medicinã ad sui ipsius tũ animi, tũ corporis moderationẽ, & ad eam cõtemplationem, qua per ea, quæ facta sunt in creatoris cognitionẽ deuenim⁹. Qd ad primũ attinet. Nõ obscura sũt illa Vergilij in Georgicis.

Præte-

Præterea tam sunt arcturi, & sidera nobis.
Hædorum dies seruandi, & lucidus anguis.
Quam quibus in patriam ventosa per æquora uectis.
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abidi.

Et paulo post apertiùs

Vere fabis satio tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci, & milio venit annua cura.
Candidus auratis aperit cum cornibus annum.
Taurus, & aduerso cadens canis occidit astro.
At si triticeam in messem, robustaque farra.
Exercebis humum, solisque instabis aristis:
Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur.
Gnosioque ardentis decedat stella coronæ.
Debita, quam sulcis committas semina: quamque
Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpere: sed illos.
Expectata seger vanis elusit auenis.

Possem quidem multa alia loca ipsius Vergilij adducere, in quibus hæc veritas elucet, sed hæc sint satis, cum idem cernatur apud Plinium columellam & ceteros auctores, qui de Agricultura docte scripserunt. Quod ad nauigationem attinet, tum ex superioribus, tum ex sequentibus tam notum est, quàm quod maxime, cum omnes nautæ certos obseruent dies, quibus nonnullæ stellæ oriuntur, & occidunt, quibus magnæ fieri solent tempestates: sed qui hac praxi ducuntur, magnos in errores incidant, necesse est, cum stellarum ortus, & occasu non semper ijsdem fiant diebus, ut in sequentibus compertissimum futurum est. illud quoque Vergilij ad hanc ueritatem comprobãdam non obscurum est, cum nautis illud tribuat, vt stellas numerauerint, utq; Cęli imaginibus nomen imposuerint, quòd ipsi senserint quantas oportunitates ad nauigandum inde sperare possent. Sic enim inquit.

Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit.
Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.

Cumque omnes vna voce huic sententiæ faueant, & præsertim nostra sancta mater Ecclesia, quid opus est plura inquirere, ut hanc rem dilucidiorẽ reddamus? Accedit ad hæc, quod quæ infra dicturus sũ de vtilitate, quam inde percipit medicina, ita cum nauigatione coniũcta sunt, vt primum illis, deinde medicis conducere uideantur. Hic igitur habes studiose lector, quæ de hac re peritissimus medicus & omnibus me

dicis probatissimus Aetius scribit, cuius sentētiam totidem verbis huc tran stuli, relictis tamen diebus, in quibus illas stellas uel oriri, vel occi dere testatur, quòd huic nostræ tēpestati non respondent. Quæ tamen si quis scire desiderauerit poterit per se ex sequentibus tabulam formare, in qua cernatur, quando illæ stellæ oriantur, vel occidant. Sic igitur inquit Aetius sermone 3.c. 4. Quandoquidem etiam stellæ in Cęlo orientes iuxta tempus a Deo ipsis ordinata, & similiter occidentes aera mutant, vt contingat ex hoc etiam ventos alios aliter spirare, necessarium duxi hic tempora indicare, in quibus earum, quæ palam aerem alterant ortus, & occasus fiunt. Nam sanorum corpora, & multo magis ęgrotorum iuxta aeris statum alterantur. Stellę igitur, quæ maxime perturbant aerem secundum huius peritisimi uiri sententiam sunt hęc. Equus cum oritur mane. AEquinoctium vernum cum pleiades oriuntur mane, cum vesperi occidunt, & cum intempesta nocte apparent, fit maxima aeris perturbatio. Cum orion vesperi occultatur. Hyades cum oriuntur cum Sole, cum Lyra vesperi oritur, cum capra mane oritur valde alteratur aer: & secundus dies antequam capra occultatur. cum Aquila vesperi oritur. Cum Arcturus occidit, cum Delphinus vesperi oritur. Cum mane oriri incipit: tribus diebus ante solistitium æstiuum cum totus Orion oritur. Cum Procyon sine canicula oritur. Cum Canis oritur contingit maxima aeris turbatio, aliquando etiam nudius tertius eius diei cum Aquila mane occidit. Item cum Lyra mane occidit, cum Delphinus mane occidit, cum Vindemiator mane oritur, & Malus nauis occidit, qui finis dierum est post Canis ortum. Cum Capra vesperi oritur, cum Arcturus oritur, qui alterat sequenti die aerem, cum Spica mane oritur alteratur aer duobus diebus ante. Cum æquinoctium fit autumnale tribus ante diebus. Quare, inquit, cauendum est, ne uenam secemus, neque purgemus, neque alio modo corpus vehementi motu moueamus per octo dies ante æquinoctium hoc autumnale ', cū Corona mane oritur, cum Hædi vesperi oriuntur, cum Hyades pariter vesperi oriuntur, cum vnà cum solis ortu Pleiades occidunt, contingit pridie maxima aeris turbatio. Cum pleiades mane occidunt incipit aer sedari, cum hyades mane occidunt sequenti die fit turbatio circa aerem, cum orion oritur, & corona occidit, cum canis mane occidit, quo tempore obseruatum est a multis, quod si tempestas fuerit hæc dies perseuerat plerumque turbatio aeris ad dies, 37. uerò serena fuerit per tot dies serenitatem fore significat cum hædi mane occidunt, & capra mane occidit perturbatio aeris fit postridie. Cum solistitium hybernum. Cum delphin oritur. Cum aquila vespe-

re oc-

re occidit fit turbatio vehemens post duos dies. Cum illustrior stella in Leone occidit. Cum malus nauis vesperi occidit est turbatio aeris maxima. Cum Arcturus vesperi oritur. Hæc Aetius, quæ vt dixi cognoscere, est medicis cum nauigantibus commune bonum. Illud præterea uideant medici, qui Astrologiam ignorant, quod cum & Tridentinum Concilium, & noster summus Pontifex non nomine solum, & sacerdotio, sed re ipsa summus illam Iudiciariam astrologiam cõprobet quę ad agriculturam, nauigationem, et medicinam pertinet, ne sibi persuadeant, fore, vt recte sine hac stellarum cognitione suo fungantur officio. Nam cum sancta mater Ecclesia Spiritu sancto ducatur illud sequitur, vt semper quod verum est, statuat, quodque qui aliter sentiunt, peruersè sentiant, peruersè igitur sine hac cognitione medentur, qui medicinam profitentur. Damno igitur qd̃ ꝑꝑ hanc ignorantiam faciunt, illis præstandum est, uel in hoc seculo, vel in futuro, hoc igitur qui euitare cupiunt, ijs astrologicis rebus inseruiant. Præsertim cum & peritorum medicorum auctoritates habeant. Qui hanc necessariam esse testantur. quod qui scire, desiderat, legat, tum Petrum Apotensem, tum Arnaldum de villa noua, tum maxime Marsilium Ficinum in libro de uita cælitus comparanda capite 8. Vbi de stellarum fixarum usu verba facit, tum suum Galenum vbi de diebus decretorijs, nec non Hippocrates cum dicat ante Canem, & post Canem difficilem esse purgationes, preter Aetij auctoritatem, quam paulo ante adduximus.

Quod autem utile sit hominibus tum ad animum, tum ad corpus tuendum ex superioribus licet cognoscere, sciat tamen lector, quòd cũ nostra corpora ex aeris uel bonis, vel malis constitutionibus bene, uel male afficiatur, & quo magis moueatur, magis etiam afficiatur, inde fit, vt qui has malas aeris constitutiones præuiderit, facile quoq; eas effugere possit, iis omissis, quæ ualde corpora nostra commouent. ad animum quoque pertinere ex illis Ciceronis uerbis colligi potest. Credo Deos sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras tuerentur, qui que Cęlestium ordines contemplantes imitarentur uitę modo, atq; constantia, quod uidetur & Ouidius significasse, ubi dicit.

Pronaque cum spectent animalia cetera terram.
Os homini sublime dedit, cęlumque videre.
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Quod autem ad creatoris cognitionem conducat, Diui Pauli sententia tam nota est, vt eam adducere nihil sit opus. Illud autem Isaię c. 4 ad id pertinere quis negabit? leuate oculos in excelsum, & uidete quis creauit hęc? si ad hanc rem doctorum & piorum uirorum senten-

tias

tias afferre uellẽ, tempus potius, quàm auctoritates mihi deeſſent. Hæc igitur hactenus de huius ſcientię vtilitate.

QVADRAGINTA OCTO IMAGINVM DISTRIBVtio, & ordo. Cap. III.

QVadraginta octo imagines ita in firmamento diſtributæ sũt, vt duæ vrſę, quæ & ſeptemtriones dictæ ſunt, ad noſtrum polum uergant ita, vt minor ſit pedibus zodiaci polum uerſus & maior tergo, & ſint auerſis caudis ſibi inuicem aduerſantes, inter has vero labitur draco, vt meander fluere dicitur, ſuper draconis caput adeſt Hercules clauam tenens, percuſſuro ſimilis, & claua & capite ſerpentarium attingens, ut Hercules pedibus vergat in boreã, & ſerpentarius pariter pedibus uertatur in auſtrum. Poſt tergum Herculis collocata eſt corona Ariadnæ, & poſt hanc Bootes qui pedibus pene contingit Virginẽ vt Serpentarius altero pede præmit Scorpionẽ & altero lineam eclipticam radit. Qui vtraque manu tenet Anguem, cuius caput pene coronam contingit. Sub manu ſiniſtra Herculis collocata Lira eſt, vt manubrium ad auſtrum uergat. Poſt quod ſi tendis ad meridiem noſtrum inuenis Aquilam, ſi conuertis tuum iter retro inuenis Telum, deinde Cygnũ qui expanſis alis liram attingit, & cauda ad caput Cephæi uergit, qui cepheus altero brachio tangit Draconẽ, altera manu Caſſiopeam, & altero pede minoris Vrſæ pedẽ pene attigit in regione Tauri eſt Ericthonius in cui humero ſiniſtro adſunt hædi: ante hunc eſt Perſeus Meduſæ caput tenes ſiniſtra manu, & dextera gladiũ cuius capulo caſſiopeam pene contingit: primo ante Meduſæ caput eſt Deltoton uel triãgulus Andromeda uergit pedibus ad gladium Perſei & capite ad Pegaſum, & hic Pegaſus altero pede cygni alam dexteram præmit, & capite equiculum. Qui eſt ſitus inter hunc, & delphinum. Hæ ſunt imagines boreales, duodecim zodiaci ſic ſe habent. Sub triangulo ſitus eſt Aries, Taurus ſub Ericthonio, & Perſeo. Gemini, Cancer & Leo ſub maiori urſa. Virgo auream ſpicam tenens ſub Boote. Sub ſerpẽtario Libra, & Scorpio. Sub aquila Sagittarius, Capricornus ſub Delphino & equiculo. Aquarius ſub æquiculo, & Pegaſo, & Piſces ſub Pegaſo pariter, & Andromeda. In parte uero auſtrali ſic imagines diſtributæ ſunt, vt ſub aculeo ſcorpionis ara conſtituta ſit, ſub corpore eius Cẽtauri anteriora uidentur, in quo beſtia ineſt, in Cancri, Leonis & Virginis regionibus dilabitur flexuoſa Hydra, quam in leonis parte ſuſtinet Crateram, & in Virginis regione ſuſtinet curſum. & habet Argum inter ſe

ter se, & zodiaci polum australē apud Argum est Canis maior, & Pro cio Hydræ caput antecedit, ante Canē maiorem Lepus adest, & sub pedibus Orionis, qui eum penitus præmit, a quo uidetur fluere Eridanus post quē Cetus est sub Ariete, & Piscibus, adest & Corona meridiana apud Aram, & sub pedibus Sagittarij. Quemadmodum & Piscis australis sub sinistro pede Aquarij situs est. Hæc sunt maiusculis litteris uerba huius tanti libri conscripta, in quæ incumbant studiosi, si qua ex parte hoc tantum Dei opus intelligendum sibi censent. Neq; expectet studiosus lector, ut hic rationes afferam, cur hæ imagines ita vocitantur. Nam adsunt opiniones longe inter se disentientes, ob id eas consulto prætermisi, cum nihil certi habere possit: communior tamen illa opinio est, id factum esse, vt aliquorum facinora perpetuo in hominum monumentis perseuerarēt. Qui autem sint hi, & per quæ facta habebis in sequentibus fabulis quas ex quodam peritissimo uiro, cuius nomen ignotum est, qui Arati phænomena commentatus est, transtulit: licet & Higinius easdem sibi adscripserit.

IMAGINVM, SIGNORVMQVE BOREA-lium Hemisphærij descriptio continens Nomina, Fabulas, Longitudines, Latitudines, Magnitudines atque Naturas omnium stellarum, inerrantium, quibus sidera constant.

DE MINORI VRSA SIVE CYNOSVRA primum sidus. Cap. IIII.

Forma, & nomina stellarum.	Longitudo. G.	M.	Latitudo. G.	M.	Magnitudo.	Natura.
1 Stella, quę in extremo caudæ polaris	53	30	66	0	3	
2 Sequens in cauda	55	50	70	0	4	
3 In eductione caudæ.	69	20	74	0	4	
4 In latere quadranguli præcedens australior	83	0	75	50	4	♄ & parum
5 Eiusdem lateris borealior.	87	0	77	40	4	
6 Quę in latere sequente austr.	100	30	72	40	2	
7 Borealior eiusdem lateris.	109	30	74	50	2	
Circa Cynosuram informis						
1 In latere sequenti ad rectam lineam maxime australis.	96	20	71	10	4	

CYnosura Iouis nutrix fuisse dicitur una ex Ideis nymphis, a qua in Cretę oppido Histoe Nicostratus constituit portus, & circa eum locum cynosuram fuisse cum telchinis, qui dicuntur curetes Idei. Aratus cynosuram, & Helicem, de qua infra, Cretenses Iouis nutrices fuisse dicit ob eam causam, quod cęlesti honore donatę sint. In quo sidere septem stellę sunt, & sic se habent ut superiùs.

De

Vrsa Minor Sidus primum.



DE MAIORI VRSA SIVE HELICE SIDVS secundum. Cap. V.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo. G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo.	Natura.
1 Stella quæ in roſtro	78	40	39	50	4	
2 In binis oculis præcedens	79	10	43	0	5	
3 Sequens hanc	79	40	47	10	5	♂
4 In fronte duarum præcedens	79	30	47	0	5	
5 Sequens in fronte	81	0	47	0	5	
6 Quæ in ſiniſtra auricula præcedente	81	30	50	30	5	
7 Duarum in Collo antecedens	87	50	43	50	4	♂
8 Sequens	92	50	44	20	4	
9 In pectote duarum borealior	94	20	44	0	4	
10 Auſtralior	93	20	42	0	4	
11 In genu ſiniſtro anteriori	93	0	35	0	3	♂
12 Duarũ ĩ pede ſiniſtro priori borealior	89	50	29	0	3	
13 Quæ magis ad Auſtrum	88	40	28	30	3	
14 In genu dextro priori	89	10	36	0	4	
15 Quæ ſub ipſo genu	89	0	33	30	4	♂
16 Quæ in dorſo	104	0	49	0	2	
17 Quæ in ilibus	105	30	44	30	2	
18 Quæ in eductione caudæ	116	30	51	0	3	
19 In ſiniſtra coxa poſteriore	117	20	46	30	2	♂
20 Duarum præcedens in ſiniſtro pede poſteriori.	106	0	29	30	2	
21 Sequens hanc	107	30	28	15	3	
22 Quæ in ſiniſtra cauitate	115	0	35	15	4	
23 Duarum, quæ in pede dextro poſter. Borealior.	123	10	25	50	3	♂
24 Quæ magis ad Auſtrum	123	40	25	0	3	
25 Prima trium in cauda poſt eductionẽ	125	30	53	30	2	
26 Media earum	131	20	55	40	2	♂
27 Vltima & in extrema cauda	143	10	54	0	2	

Infor-

Informes circa Helicem

1	Que a cauda in austrum	141	10	39	45	3	
2	Antecedens hanc	133	30	41	20	5	
3	inter Vrsæ pedes priores & caput ♌	98	20	17	15	4	♂
4	Quæ magis ab hac in boream	96	40	19	10	4	
5	Vltima trium obscurarum	99	30	20	0	obsc.	
6	Antecedens hanc	95	30	22	45	obsc.	♀
7	Quę magis antecedit	94	30	23	15	obsc.	&
8	Quę intra priores pedes & ♊	80	20	22	15	obsc.	☉

HAElicem dicunt Calisto Lycaonis Regis fuisse filiã, & in Arcadia solitã cũ Diana venari, & in mõtibus vagari, & a Ioue uiolatã rẽ celasse Dianę. Hanc aũt nudam se lauantem cum aspexisset Diana in lauacro partum eius accelerans, bestiam eam esse iussit, & dum esset Vrsa Arctum enixa est, quem Archadem uocant. Amphis autem comicus Poeta refert, teste quodam uetere auctore cuius nomen ignoratur, & Arati carmina exposuit, Iouem in Dianę effigiem cõuersam in uenatione Calisto expressisse. tempore partus plena cum vexaretur, Dianę culpam indicasse, & iratam Dianam in Vrsam cõuertisse, quę dum in montibus vagaretur aquibusdam pastoribus apprehensa cum puero perducta est ad Lycaonem. Deinde in Lycei Iouis tẽplum confugiens cum eam Archas filius sequeretur, quò eam nefas erat intrare ab Archadibus vtrique interfecti sunt. Iupiter autem utrosque in astrorum numerum retulit. Vrsamque illam nominauit. Ouidius a Iunone in Vrsam conuersam scribit. Hęc habet stellas 27. vt supra patet dispositas.

Vrsa maior Sidus secundum.



De

DE DRACONE. SIDVS TERTIVM. Cap. VI.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura
1 Quæ in lingua	200	0	76	30	4	♄ &
2 In ore	215	10	78	30	4	♂ &
3 Supra oculum	216	30	75	40	3	pa-
4 In gena	226	40	80	20	4	rũ
5 Supra caput	233	30	75	30	3	
6 In prima colli inflexione	258	40	82	20	4	☿
7 Auſtralis ipſarum	366	40	78	15	4	
8 Media earundem	262	10	80	20	4	
9 Quæ ſequitur has in flexione Secunda	228	50	80	10	4	
10 Auſtrina lateris præcedentis quadrilateri	331	20	81	40	4	♄
11 Borea eiuſdem lateris	343	50	83	0	4	
12 Borea lateris ſequentis	1	10	78	50	4	
13 Auſtralis eiuſdem lateris	346	10	77	50	4	
14 In flexione tertia Auſtralis trianguli	4	0	80	36	5	
15 Reliquarum trianguli præcedens	15	0	81	40	5	& ♂
16 Quæ ſequitur	19	30	80	15	5	
17 In triangulo antecedente triũ ſequẽs	66	20	84	30	4	
18 Reliquarum eiuſdem trianguli Auſtralis	43	40	83	30	4	&
19 Quæ borealior ſuperioribus duabus	35	10	84	50	4	
20 Duarum parum a triangulo ſequens	200	0	87	30	6	
21 Antecedens earum	195	0	86	50	6	
22 Trium, quæ in rectum ſequuntur Auſtralis	152	30	81	15	5	pa-
23 Media trium	152	50	83	0	5	rũ
24 Quæ magis in boream ipſarum	151	0	84	50	3	☿

25 Post hæc ad occasum duarum, quę magis in boream	153	20	78	0	3	
26 Magis ad austrum	156	30	74	40	4	
27 Hinc ad occasum in cõuersione caudę	156	0	70	0	3	v
28 Duarum plurimum distãtiũ præcedẽs	120	40	64	40	4	
29 Quæ sequitur ipsam	124	30	65	30	3	
30 Sequens in cauda	102	30	61	15	3	
31 In extrema cauda	96	30	56	15	3	

INter ambas Vrsas labitur flexuosus & maximus Draco, qui utramque flexuoso corpore ex aliqua parte cingit Helicis caput tegit, Cynosurę caudam. Hunc dicunt in Concilio Deorum collocatum Iunonis beneficio, quòd cum Iuno Ioui nuberet: Dijs offerentibus munera, terraquoque obtulerit aurea mala cum ramis, quę Iuno ut in Hortum suum, quẽ apud Atlantem habebat, transferri iussit, quibus Hesperidas Atlãtis filias custodes apposuit. Hæc autem cum a filiabus Atlantis subducerentur, & sepe vexarentur. Iuno custodem horti Draconem peruigilem implicuit arbori, Hunc autem Hercules interfecit, quem in Astra retulit. Hunc alij Iouẽ in numerum Astrorum retulisse dicunt ob memoriam uirtutis Herculis, qui Iunonis uotis obstiterit. Habet aũt stellas 29: dispositas, vt superiùs.

Draco Sidus tertium.



Cepheus

CEPHEVS SIDVS QVARTVM. Cap. VII.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo. G.	M.	Latitudo. G.	M.	Magnitudo.	Natura.
1 In pede dextro	28	40	75	40	4	
2 In ſiniſtro	26	20	64	15	4	♄ ♃
3 In latere dextro ſub cingulo	0	40	71	10	4	
4 Quæ ſupra dextrũ humerũ attingit	340	0	69	0	3	
5 Quæ dextrum cubitum contingit	332	40	72	0	4	
6 Quæ ſequitur eãdem coxã attingẽs	333	20	74	0	4	♄ ♃
7 Quæ in pectore	352	0	65	30	5	
8 In brachio ſiniſtro	1	0	62	30	4	
9 Trium in Tiara	339	40	60	15	5	
10 Media ipſarum	340	40	61	15	4	♄ ♃
11 Boreà trium	342	20	61	30	5	
Informes circa cephæum.						
1 Duarum quæ præcedit tiaram	337	0	64	0	5	♄ ♃
2 Quæ ſequitur ipſam	344	40	56	30	4	

CEpheus quartus eſt in ordine, quem Septentrionalis circulus occupat ap edibus vſque ad pectus. Fuit igitur AEthiopum rex Andromedæ Pater, qui filiam ſuam ad cetum dici tur expoſuiſſe, quam Perſeus liberauit, eiuſq; cauſa & ipſe pater beneficio Mineruæ fuit in Deorum numerum relatus. Habet quidem ſtellas ij. tertiæ magni. 1. quartæ 7. quintæ 3. diſtributas ut ſuperiùs.

Cepheus sidus quartum.

Hoc

Hoc folium ponatur inter pagina 280.& 281.& animad uertatur quod sequentes septem imagines, quę deberent esse post suas fabulas sunt ante collocatę inpressorum incuria.

Bootes

Bootes siue Arctophilax Sidus quintum.

BOOTIS SEV ARCTOPHILACIS, QVI DICITVR vociferans,& arcturi custos. Sidus quintum. Cap. VIII.

Formæ,& nomina stellarum	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura
1 In manu sinistra trium præcedens.	145	40	58	40	5	♃ &
2 Media trium Australior	147	30	58	20	5	♄
3 Sequens trium	149	0	60	10	5	aut
4 Quæ in manu sinistra	153	0	54	40	5	
5 In sinistro humero	163	0	49	0	3	♂ &
6 In capite	170	0	53	50	4	♄
7 In dextero humero	179	10	48	40	4	vel
8 In colorobo duarum Australior	179	0	53	15	4	vt
9 Quæ magis in boream in extremo colorobo	178	20	57	30	4	
10 Duarum sub humero in uenabulo Australior	181	0	46	10	4	
11 Australior ipsarum	181	50	45	30	5	Pto
12 In dexteræ manus extremo	187	35	41	30	5	lo-
13 Duarum in vola præcedens	180	0	41	40	5	me-
14 Quæ sequitur ipsam	180	20	42	30	5	us
15 In extremo colorobi manubrio	181	0	40	20	4	☿ ♃
16 In dextero latere	173	20	40	15	3	
17 Duarum in cingulo, quæ sequitur	169	0	41	40	4	
18 Quæ Antecedit	168	20	42	10	4	
19 In crure dextero	178	40	28	0	3	
20 In sinistro	164	40	28	0	3	
21 Media trium	163	50	26	30	4	
22 Australior ipsarum	164	50	25	0	4	
Informes circa Bootem						
1 Inter crura, quam Arcturum vocant	170	20	31	30	1	♃ ♂

BOotes, qui & Arcturus fertur esse custos plaustri, quòd plaustrum sequitur idest Septentriones, & quasi succinctus sit Septentrionibus. Hunc dicunt Archadem Iouis filium esse, de cuius nomine deinde Archadia appellata fuit. Hunc autem cum Lycaon Pelasgi filius Iouem hospitio recepisset infantem mẽbratim lacerauit, & Ioui in epulis apposuit tentans Iouem, vtrum Deus esset: Iupiter autem dicitur domum Lycaonis fulmine deflagrasse, eoque loco Ciuitatem cõstructam fuisse, quæ Trapezos appellata fuit, & Lycaonem in Lupum conuertisse: Archadem verò coniunctis membris ad uitam reduxisse, eumque cuidam Caprario dedisse nutriendum. Qui cũ adulta ætate iam esset, matri inscius vim inferre voluit, quos cum incolæ Lycei mõtis occidere vellent, Iupiter utrosque liberos in Deorũ Concilio collocauit, qui vt res gesta est, ita manent. Illa Vrsæ naturæ hic impetum faciens, quem Bootem Homerus uocat. Huius stellæ 22. sunt tertiæ Magnitudinis 4. Quartæ 9. quintæ 9. cum locum in octaua Sphera habent, qui superiùs describitur.

Corona Borea Sidus Sextum



CORONA BOREA. SEV ARIADNES SIDVS Sextum. Cap. IX.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
lucens in corona Ariadnæ	188	0	44	30	2	
Præcedens omnium	185	0	46	20	4	
Sequens in boream	183	20	48	0	5	
Sequens magis in boream	193	0	50	30	6	
Quæ ſequitur lucentem ab Auſtro	191	30	44	45	4	♀☿
Quæ proxime ſequitur	190	30	44	50	4	
Poſt has longius ſequens	194	40	46	10	4	
Quæ ſequitur omnes in corona	195	0	49	20	4	

HAEC Ariadnes corona fuiſſe dicitur, quam Liberum in ſidera retuliſſe ferunt, dum eius nuptias Dii in inſula Creta celebraret, cogitans præclarã facere, pro qua primũ noua nupta coronata eſt. Alij dicunt, quòd cum Liber ad Minoem regem veniſſet, vt Ariadnem filiã eius duceret uxorem, coronam dono Ariadnæ dedidiſſe Vulcani opera factam ex auro, & gemmis præcioſis, cuius talis fulgoris fuit, vt Thæſea ex laberintho liberaret. Poſt Aſtris affixa eſt, cum in Naxon vtrique veniſſent ſignum amoris eius, crines oſtendunt. Et eſt Stellis fulgentibus ſub cauda ♌. Habet autem Stellas octo, ſecundæ Magnitudinis. 1. quartæ. 5. quintæ 1. ſexte 1. diſpoſitas ut in ſua imagine cernitur.

Hercu-

Engonasus qui & Hercules: sidus Septimum

HER-

HERCVLES SIVE ENGONASVS
Sidus 7. Cap. X.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo. G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo.	Natura
1 In capite	221	0	37	30	3	♀
2 In axilla dextra	207	0	43	0	3	uel
3 In dextro brachio	205	0	40	10	3	♂
4 In dextro cubito	201	20	37	10	4	☿
5 In ſiniſtro humero	220	0	48	0	3	
6 In ſiniſtro brachio	225	20	47	30	4	☿
7 In ſiniſtro cubito	231	0	52	0	4	
8 Trium in ſiniſta vola	238	50	52	50	4	
9 Borea duarum reliqnarum	235	0	54	0	4	
10 Auſtralior	234	50	53	0	4	☿
11 In dextero latere	207	19	56	10	3	
12 In ſiniſtro latere	213	30	53	30	4	
13 In vertebra ſiniſtræ coxæ	213	30	56	10	5	
14 In eductione eiuſdem coxæ	214	30	58	30	5	☿
15 In coxa ſiniſtra trium præcedens	217	20	50	50	3	
16 Sequens hanc	218	40	60	20	4	
17 Tertia ſequens	219	40	61	15	4	
18 In ſiniſtro genu	234	10	61	0	4	☿
19 In ſiniſtra Tibia	225	30	69	20	4	
20 In pede ſiniſtro trium præcedens	218	40	70	15	6	
21 Media earum	220	10	71	15	6	
22 Sequens trium	223	0	72	0	6	☿
23 In eductione dexteræ coxæ	204	0	64	15	4	
24 Eiuſdem coxe Borealior.	198	50	63	0	4	
25 In dextero genu	189	50	65	30	4	
26 Sub eadem genu duarum auſtralior	186	40	63	40	4	☿
27 Quæ magis in boream	183	30	64	15	4	
28 In Tibia dextra	184	30	60	0	4	
29 In extremo dextri pedis eadem, quæ in extremo colorobo Bootis.	178	20	57	30	4	

Infor-

Informes circa Herculem						
1 A dextero brachio Auſtralior	206	20	57	30	4	

DVM Hercules pugnauit cum Dracone, & interfecit a Ioue animaduertebatur, ex quo tantã uoluptatem percepit, vt ob huius rei memoriam eum ita inter aſtra collocauerit, ut cum Dracone pugnare videatur. Alij Theſeũ ex volunt, alij vero Lycaonem, ſed Herculem eſſe plures, & doctiſſimi auctores contendunt. Huius ſideris ſtellæ ſunt 29. Tertiæ Magnitudinis 6. quartæ 18. quintæ 2. ſextæ 3. ut ſuperiùs per octauam Spheram diſtributæ.

Lyra ſeu vultur cadens ſidus. octauum.



O o Lyra

LYRA SYDVS OCTAVVM.
Cap. XI.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo. G.	M.	Latitudo. G.	M.	Magnido.	Natura.
1 Inuida quæ lyra ſiue fidicula vocatur	250	40	62	0	1	
2 Duarum adiacentium borea	253	40	62	40	4	♀
3 Quæ magis in Auſtrum	253	40	61	0	4	☿
4 In medio eductionis cornuum	256	0	60	0	4	
5 Duarum cõtinuarum ad ortũ in boreã	265	20	61	20	4	
6 Quæ magis in Auſtrum.	265	0	60	20	4	
7 Præcedentium in iunctura duorum borealior	254	20	56	10	3	♀ ☿
8 Auſtralior	253	10	55	0	4	
6 Sequentium duarum in eodem rugo borealior	257	30	55	20	3	
10 Quæ magis in Auſtrum	257	20	54	45	4	

LYram inter aſtra collocatam dicũt, vt perpetuo Mercurij, qui eam inuenit memoria ſeruaretur. Regrediente enim Nilo inter cetera relicta teſtudo eſt, quæ cũ putrefacta eſſet, & eius nerui extenſi intra corium remanſiſſent, percuſſa a Mercurio ſonitum dedit, in cuius ſimilitudinem Mercurius Lyram fecit, quam poſtea Apolloni datam, alij Orpheo dicũt, quòd vnicus ex Muſis ideſt Calliopes ſit filius. Fecit autem chordas nouem iuxta Muſarum numerum. Tantę dicitur fuiſſe dulcedinis in modulando, vt arbores beſtias, atque inferos commouerit coniugis Euridices deſiderio ad inferos deſcẽdẽs Qui cum Apollinem Deorum maximum honoraret, filium autem patrem, a quo gloria fuerit affectus: minime veneraretur ſedens in Pangeo mõte, & expectans ſolis ortum, Liber indignatur, miſit Bacchas, qui eũ membratim diſcerperent, collectiſque membris eius ſepelierunt eum in Lesbijs montibus, & eius Lyram Muſæo dederunt, Iouemque rogauerunt, vt eius memoriam inter aſtra collocarent. In cuius Lyra ſunt ſtellæ decem Primæ Magnitudinis 1. tertiæ 2. quarte, 7. ſic diſpoſitæ, vt ſuperiùs in eius imagine, quæ ſidus octauum eſt cernitur.

CVGNVS

Cygnus qui etiam Auis. Seu Gallina dicitur Sidus 9.



CYGNVS SIDVS NONVM.
Cap. XII.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 Quæ in ore.Roſtrum Gallinæ	267	50	49	20	3	
2 In capite	272	20	50	30	5	♀♃♄
3 In medio collo	279	20	54	30	4	
4 In pectore	291	50	56	20	3	
5 In cauda lucens	302	30	60	0	2	
6 In ancone dexteræ alæ	282	40	64	40	3	♀♃♄
7 Trium in dextera ala Auſtralior	285	50	69	40	4	
8 Media	284	30	71	30	4	
9 Vltima trium & in extrema ala	180	0	74	0	4	
10 In ancone ſiniſtræ alæ	194	10	49	30	3	♀♃♄
11 In medio ipſius alæ	298	10	52	10	4	
12 In eiuſdem extremo	300	0	44	0	3	
13 In pede ſiniſtro	303	20	55	10	4	
14 In ſiniſtro genu	307	50	57	0	4	♀♃
15 In dextro pede duarum præcedens	294	30	64	0	4	
16 Quæ ſequitur	269	2	64	30	4	
17 In dextero genu nebuloſa	305	30	63	45	5	
Informes circa Cygnum						
1 Sub ſiniſtra ala duarum Auſtralior	206	0	49	40	4	♀♃
2 Quæ magis in boream	307	10	51	40	4	

CYgnum dicunt in Syderum numerum relatum eſſe,quòd Iupiter in illum conuerſus in ramum Atticæ regionis euolauerit,ibique compreſſerit Nemeſim,quam & Læda dicitur, quæ ouum enixa eſt,ex quo Helena nata eſt .Sed cum Iupiter iterum in cælum in Cygnum verſus redierit,illud ſimulacrũ Cygni inter aſtra reliquit.Quod ſtellas 17 habet ſecundæ Magnitudinis 1. tertiæ 5.quartæ 9 quinte 2 quæ per imaginem diſtributæ,ſunt vt ſuperiùs legitur & in ſidere oculis cernitur.

Cassiopæia. Sidus 10.

LATITVDO BOR.

Cassio-

CASSIOPEIA SIDVS. 10.
Cap. XIII.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 In capite	1	10	45	20	4	
2 In pectore	4	10	46	45	3	♄
3 In cingulo	6	20	47	50	4	♀
4 Super Cathedra ad coxas	10	0	49	0	3	
5 Ad genua	13	40	45	30	3	
6 In crure	20	20	45	30	4	♄
7 In extremo pedis	25	0	47	20	4	♀
8 In ſiniſtro brachio	8	0	44	20	4	
9 In ſiniſtro cubito	10	40	45	0	5	
10 In dextro cubito	357	40	50	0	6	
1 In ſedis pede	8	20	52	40	4	♄
12 In Aſcenſu medio	1	10	51	40	3	♀
13 In extremo	357	0	51	40	6	

CAſſiopeia interea, vt Sophocles refert, dicitur præpoſuiſſe formam ſuam Nereidibus, quamobrem Neptuni ceto tranſmiſſo eius terra vaſtabatur, & Andromeda eius filia expoſtulata fuit, & ceto propoſita, ex quo ita in cœlo ſita eſt in ſella ſedens, vt dum cœlum uoluitur, illa ſe precipitem dare videatur. In hoc ſidere ſunt ſtellæ 13. tertiæ Magnitudinis 4. quartæ. 6. quintæ. 1. ſextæ. 2. Sic collocare, vt ſuperiùs conſpicitur.

PERSEVS

Perseus Sidus vndecimum.

PER

PERSEVS SIDVS VNDECIMO.
Cap. XIIII.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo. G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo.	Na
1 In extremo dexteræ manus	21	0	43	30	Nebu	
2 In cubito dextro	24	30	37	30	4	F
3 In humero dextero	26	0	34	30	4	♃
4 In ſiniſtro humero	20	50	32	20	4	
5 In capite ſiue nebula	24	0	34	30	4	
6 In ſcapulis	24	50	31	10	4	F
7 In dextero latere fulgens	28	10	30	0	2	♃
8 In eodem latere trium præcedens	28	40	27	30	2	
9 Media	30	20	27	40	4	
10 Reliqua trium	31	0	27	30	3	F
11 In cubito ſiniſtro	24	0	27	0	4	♃
12 In ſiniſtra manu,& capite Mæduſæ	23	0	23	0	2	
13 Eiuſdem capitis ſequens	22	20	21	0	4	
14 Quæ præit in eodem capite	21	0	21	0	4	F
15 Precedens etiam hanc	20	10	22	15	4	♃
16 In dextero genu	38	10	28	15	4	
17 Præcedens hanc in genu	37	10	28	10	4	
18 In poplite duarum præcedens	35	40	25	10	4	F
19 Sequens	37	20	26	15	4	♃
20 In dextro crure	37	30	24	20	5	
21 In dextero pede	39	40	18	45	5	
22 In ſiniſtra coxa	30	10	21	40	4	F
23 In ſiniſtro genu	32	0	19	50	3	♃
24 In ſiniſtro crure	31	40	13	45	3	
25 In ſiniſtro calcaneo	27	30	12	0	3	F
26 In ſummo pedis	29	40	11	0	3	♃
Informes circa Perſea.						
1 Quæ ad utri a ſiniſtro genu	34	20	18	0	5	
2 In boream a dextro genu	38	20	31	0	5	♂
3 Antecedens a capite Meduſæ	18	0	20	40	obſc.	☿

PErseus ex Danaæ,& Ioue natus est. Iupiter enim in aurei imbris speciē,se vertens oppressam delusit Danaem Achrisij regis Argiuorum filiam.Hāc pater a Ioue vitiatam cognouit, & in arca includens in mare præcipitauit,quæ delata in Italiam inuenta a quodam piscatore & oblatam regi, vnà cum Perseo, quem enixa est in mari, Qui missus ad Polydectē regem insulæ Sariphi acceptis a Mercurio talaribus,& a Vulcano harpe adamantina per aera iter faciens ad Gorgonas Pherei filias venisse dicitur, quæ angues pro crinibus habuisse,& quoscunque uidissent in lapides conuertisse dicūtur.Gorgones tres fuisse dicuntur sorores vno oculo, una pulchritudine vicissim utentes.Quarum nomina hæc feruntur:Prima Stenio,Secūda Euriale:tertia Medusa.Quidam verò eum à Minerua missum dicunt, & ab ea Clypeum uitreum accepisse,per quem videre, nec ab eis uideri posset.Qui cum Gorgones dormientes inuenisset, caput Medusæ abscidit,& Mineruæ tradidit,quod illa in suo pectore accommodauit, vt in bello horribilior esset.Perseum autem in Deorum numerum retulit.Habet autem stellas 26 Secundæ Magnitudinis 2.tertiæ 5.quartæ 16.quintæ 2.Nebulosa 1.informes 3.duas quintæ Magnit.& 1.obscuram.

AGITATOR SIVE AVRIGA VEL ERICTHONIVS
Sidus 12. Cap. XV.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura
1 Duarum in capite Auſtralior	55	50	30	0	4	
2 Quæ magis in boream	55	40	30	50	4	
3 In ſiniſtro humero fulgens, capella ſeu hircus	48	20	22	30	1	
4 In dextero humero	56	10	20	0	2	
5 In dextero cubito	54	30	15	15	4	
6 In dextera manu	56	10	13	30	4	
7 In ſiniſtrobrachio	45	20	20	40	4	
8 Antecedens Hœdorum	45	30	18	0	4	
9 In ſiniſtro cubito hœdorum ſequens	46	0	18	0	4	
10 In ſiniſtro talo	43	10	10	10	3	
11 In dextero talo	49	0	5	0	3	
12 In dextera coxa	49	20	8	30	5	
13 In clune	49	40	12	20	5	
14 In ſiniſtro pede exigua	44	0	10	20	6	

HIC agitator filius Vulcani,& Mineruæ fuiſſe dicitur, Vulcanus cum Ioui fulmina fabricaret ab eo id cõſecuntus eſt, vt quidquid ab eo peteret, impetraret Ille vero petijt, ut ſibi Minerua in coniugem daretur. Iupiter Mineruæ imperauit, vt Virginitatem defenderet. Dum autem Cubiculum introirent. Certando Vulcanus ſemẽ in pauimẽtũ iecit, vnde Erictonius natus eſt, quẽ Minerua in ciſta abſcondit, Draco neque cuſtode appoſito duabus ſororibus Aglauro,& Pãdroſo cõmendauit. Hic primus currus homines equis iunctis docuit ſimiles quadrigæ Solis facere, Primum Panathenea conſtituiſſe, arcem, templumque edificaſſe dicitur. Quem Iupiter inter Aſtra collocauit. In hoc ſigno & capra eſt, quam in humero portat, quæ Iouẽ nutriuit Itemq; eius filij Hœdi, quos auriga in brachio portat, noſcũtur, qui fluctus ſignificare dicũtur; Muſeus de capra illud refert. Datur Iupiter infans nutriẽdus Themidiæ temattheæ, quæ fuit Domina capræ, q̃ ex ea Iouẽ nutriuit. Hãc aũt caprã Solis filiã eſſe dicũt, cuius aſpectus

ctus tam atrox fuisse dicitur, vt Titanes eam timerent, rogarentq; matrem terram, vt eam abderet. Terra autem in, antro clausam Amalthææ tradidit custodiendam, ibique Iouem accuratissime educasse. Hic autem cum esset iuuenis, & ille contra Titanes inermis uellet pugnare eius pellem dicitur acceptam pro scuto habuisse, quod semper Titanibus Agitator timori fuerit, dicebatur Media pelle Gorgoneum caput habere, eo tectus tegmento capræ tergo alterius pellis tecta restituit, vitæ etiam immortalitate donauit, & in cœli astra retulit, & eius pellem appellauit αἰγίδα. Alijs placet Agitatorem Myrtilum esse Mercurij filiũ Oenomani aurigam, & a patre Mercurio inter astra collocatum, cuius caput non multum distat ab Helice, genua apponuntur Geminis, pedes iuxta Tauri cornua. Habet autem stellas 14. primæ Magnitudinis, 1. secundæ, 1. tertiæ. 2, quartæ, 7. quintæ 2. sextæ. 1. vt superiùs in sua imagine.

Auriga qui, & Heniocus, seu Ericthonius sydus 12.

OPHIV-

OPHIVCLVS, SEV SERPENTARIVS SYDVS, 13. Cap. XVI.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo. G.	M	Latitudo. G.	M.	Magnido.	Natura
1 In capite	228	10	36	0	3	♄ &
2 In dextro humero duarum præcedẽs	231	20	37	15	4	parũ
3 Sequens	232	20	26	45	4	♀
4 In ſiniſtro humero duarum præcedẽs	216	40	33	0	4	
5 Quæ ſequitur	218	0	31	50	4	♄ &
6 In ancone ſiniſtro	211	40	24	30	4	parũ
7 In ſiniſtra manu præcedens	208	20	17	0	4	♀
8 Sequens	209	20	16	30	3	
9 In dextro ancone	230	0	15	0	4	♄ &
10 In dextra manu præcedens	235	40	13	40	4	parũ
11 Sequens	236	40	14	20	4	♀
12 In dextro genu	224	30	7	30	3	
13 In dextra Tibia	227	0	2	15	3	♄ &
14 In pede dextro ex quatuor præcedẽs	226	20	2	15	4 Au	pa-
15 Sequens	227	40	1	30	4 Au	rum
16 Tertia Sequens	228	20	0	20	4 Au	♀
17 Reliqua ſequens	229	10	0	45	5 Au	♄ &
18 Quæ calcaneum contingit	229	30	1	0	5 Au	pa-
19 In ſiniſtro genu	215	30	11	50	3 Bo	rum
20 In crure ſiniſtro trium borealior	215	0	5	20	5 Bo	♀
21 Media earum	214	0	3	10	5 Bo	♄ &
22 Auſtralior trium	213	10	1	40	5 Bo	pa-
23 In ſiniſtro calcaneo	215	40	0	40	5 Bo	rum
24 Plantam ſiniſtri pedis attingens	214	0	0	45	4 Au	♀
Informes circa Ophiucum.						
1 Ab ortu in dextrum humerum maximè borea trium	235	20	28	10	4	♄ &
2 Media trium	236	0	26	20	4	pa
3 Auſtralis trium	253	40	25	0	4	rum
4 Adhuc ſequens tres	237	0	27	0	4	♀
5 Separata a quatuor in Septentriones	238	0	33	0	4	

Hic

HIc Serpentarius altero pede Scorpionē præmit, vtraq; manu Serpentem tenēs, qui Aesculapius Apollinus filius fuisse ab Astrologis dicitur. Quique ita medicinæ scientiam callebat vt mortuos ab inferis excitari diceretur. Quam ob rem iratus Iupiter illius domum vnà cum illo fulmine de medio sustulit. Roga tu vero Apollinis patris Iupiter ei arte sua post obitum defuncto animam restituisse ad vitam, & inter Astra constituisse putatur. Habet autem stellas 24. Tertiæ Magnitudinis, 5. quartæ 13. quintæ, 6. vt superiùs, & in sua imagine cernitur, distributas.

Ophiu-

Ophiucus, ſeu Serpentarius ſidus. 13.

SER-

SERPENS OPHIVCHI SIDVS 14. Cap. XVII.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura
1 In quadrilatero quæ in gena	192	10	38	0	4	♄ & ♂
2 Quæ nares attingit	295	0	40	0	4	
3 In tempore	167	40	35	0	3	
4 In eductione colli	195	20	34	15	3	
5 Media quadrilateri, & in ore	194	40	37	15	4	♄ ♂
6 A capite in Septentriones	196	30	42	30	4	
7 In prima colli conuerſione	195	0	29	15	3	
8 Sequentium trium borea	198	10	22	30	4	
9 Media earum	197	40	25	20	3	♄ ♂
10 Auſtralior trium	199	40	24	0	3	
11 Duarũ p̃cedẽs ſiniſtrã manũ Serpẽtarii	202	0	16	30	4	
12 Quæ ſequitur eandem manum	211	30	16	15	5	
13 Quæ poſt coxam dexteram	227	0	10	30	4	♄ ♂
14 Sequentium duarum auſtrina	230	20	8	30	4	
15 Quæ borea	231	10	0	30	4	
16 Poſt dextrã manum in flexione caudæ	237	0	20	0	4	
17 Sequens in cauda	242	0	21	10	4	♄ ♂
18 In extrema cauda	251	40	27	0	4	

SErpentem in eſculapij manibus poſitum eſſe obid factum eſſe exiſtimo, quòd vt Ioannes Boccatius refert in Deorum genealogijs, Eſculapius tanto in honore apud epidauros habitus fuit, vt Romani cũ iã totam Italiam occupaſſent ita per Italiam graſſabatur peſtis, a nullum tanto morbo remedium inuenirent ad Epidauros legatos miſerunt, vt ſibi in tanta calamitate auxilium ferrent, & permitteret vt ad ſe Romam Eſculapium ueniret. Quamobrẽ Diaboli opera ei conceſſum fuit, vt ſerpentis ſpecie naui Romam perduceretur, ex quo factum eſt. vt in Tibridis inſula nobiliſſimum templũ ei fabricaretur, & ita ibidem, vt Deus ſalutaris adoraretur. ſerpẽtem igitur in manibus habet, ideſt in eius poteſtate erat ſe in ſerpentem uertere. In hoc autem ſidere ſunt ſtellæ 18. tertiæ. Magnit. 5. quartæ, 12. quintæ 1. ſic diſpoſitæ vt ſuperiùs & in ſua figura apparet.

Sagit-

Serpens Ophiuchi ſydus 14.



SAGITTA SIVE TELVM SIDVS 15. Cap. 18.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura
1 In cuſpide	273	30	39	20	4	♂
2 In arundine trium ſequens	270	0	39	10	6	&
3 Media ipſarum	269	10	39	50	5	p.
4 Antecedens trium	268	0	39	0	5	rũ
5 In colyphide	266	40	38	45	5	♀

PRometheus, inquit Seruius, poſt factos eſſe homines dicitur cœtum aſcendiſſe Mineruæ auxilio, & adhibita facula ad rotam ſolis ignem furatus, quem hominibus indicauit. Ob quam cauſam irati dij duo mala immiſerunt terris febres, & morbos: *i*pſum etiam prometheum in monte caucaſo per Mercurium religauerũt ad ſaxum, & adhibita Aquila eſt, quæ eius cor exederet. Hercules verò cum ab Euriſteo ad Iunonis ortum mitteretur, vt inde aurea mala tolleret per caucaſum iter fortè habuit, quem iter ad heſperidum hortum ignorantem Prometheus, vt dictum eſt, affectus, docerit, quà eundum eſſet, & quo modo ſerpentem, qui illum cuſtodiebat occideret, pro quo beneficio ſumpto telo Aquilam occidit, quę Prometei cor exedebat, & eum liberauit, cuius facti fama memor, telum inter aſtra collocauit, & quinque ſtellis adornauit Magnit. quartæ, 1. quintę 3. ſextæ, vt infra, in ſua imagine cernitur collocatis.

Sagitta seu Telum sydus 15.



AQVILA SEV VVLTVS VOLANS
Sydus 16 Cap. 19.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo. G.	M.	Latitudo G.	M	Magnitudo.	Natura.
1 In medio capite	270	30	26	50	4	
2 In collo	268	10	27	10	3	♂
3 In ſcapulis	267	10	29	10	2	♃
4 Proxima huic magis in boream	268	0	30	0	3	
5 In ſiniſtro humero præcedens	266	30	31	30	3	
6 Quæ ſequitur	269	20	31	30	5	
7 In dextro humero	263	0	28	40	5	♂
8 Quæ ſequitur	264	30	26	40	5	♃
9 In cauda lacteum circulum attingens	255	30	36	20	3	
Informes circa Aquilam quæ Antinoum conſtituunt.						
1 In capite inauſtrum præcedens	272	0	21	40	3	
2 Quæ ſequitur	277	20	19	10	3	♂
3 In humero dextro verſus Africum	259	20	25	0	4	♃
4 Ad auſtrum	261	30	20	0	3	
5 Magis ad auſtrum	263	0	15	30	5	♃
6 Quæ precedit omnes	254	30	18	30	3	♂

AQuilam ſane inter aſtra collocata dicunt propter Ganymedem Iouis miniſtrum, quem rapuit in cœlum. Eſt enim ea ſignum Iouis quòd cum dij omnes volucres inter ſe diuiderent, eam ſibi ſortitus eſt Iupiter, quod altius cunctis volantibus euolet, & penè inter omnes prīcipatū teneat, & quod ſola auium Solis radijs non terreatur. Namque ita eſt ſpectans ad orientem pennis tenſis. dicitur quodque Iupiter in Aquilam transformatus Naxiam regionē vbi nutrit⁹ fuerat petijſſe, & regnū accepiſſe dicitur, egreſſo uero de Naxo cum aduerſus Titanas proficiſceretur. & ſacrificium faceret Aquilam ei in auſpicio apparuiſſe, & fulmina miniſtraſſe, quam bono omine acceptam tutelæ ſubieciſſet. Habet autem ſtellas 9. ſecundæ magnit, 1. tertiæ 4 quartæ, 1 quintæ, 3. in quam imaginem diſtributę ſunt vt in ſuo ſidere cernitur, informes ſunt 6. Magnit. 3. quatuor, quartæ, 1. quintæ 5.

Aquila

Aquila ſeu vultur volans ſydus 16.

DEL-

DELPHINVS SYDVS 17.
Cap. 20.

	Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo. G.	M.	Latitudo. G.	M.	Magnido.	Natura.
1	In cauda trium præcedens	281	0	29	10	3	
2	Reliquarum duarum magis borea	282	0	29	0	4	♄
3	Auſtralior	282	0	29	40	4	♂
4	In Bomboide	291	50	32	0	3	
5	Eiuſdem lateris borea	283	30	33	50	3	
6	Sequentis lateris auſtralis	284	40	32	0	3	♄
7	Eiuſdem lateris borea	286	50	32	10	3	♂
8	Inter caudam, & Rhombum trium Septentrionalior	280	50	34	15	6	
9	Ceterarum duarum in auſtrũ præcedẽs	280	50	31	50	6	♄
10	Qu. ſequitur	282	20	31	30	6	♂

NEptunus Aphitridem in vxorem accipere voluit, ſed ea cum ob verecuudiam, & Virginitatis obſeruantiam ad Atlantem confugiſſet Neptunus poſt eam multos miſit. qui eam peterent, inter quos & Delphinum miſit, Quæ cum circa Atlantis inſulas moraretur, reperit eam, nũciauitque Neptuno, quam ille ſuis illecebris ad ſuam voluntatem traxit, Delphinoque maximos honores in mari tribuit, & inter ſidera collocauit. Alij vero hunc uolunt eſſe Delphinum, qui Arionẽ ſeruauit iuxta illud Vergilij inter Delphinas Ariõ. Stellæ omnes ſunt 10. tertiæ Magnit. 5. quartæ, 2. ſextæ 3. quarum ſitum habebis ſuperiùs.

Delphinus sydus 17.

EQVI

EQVI SECTIO SIVE EQVICVLVS.
Sidus 18. Cap. XXI.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo.	Natura
1 In capite duarum præcedens	289	40	20	30	obſc.	♂
2 Sequens	29	20	20	40	obſc.	vel
3 In ore duarum præcedens	289	40	25	30	obſc.	♂
4 Quæ ſequitur	291	0	25	0	obſc.	

CVM huius ſideris nulla legatur fabula quæ cognitione digna ſit ſatis eſt eius ſtellas numerare, quæ quatuor tantumodo ſunt & obſcuræ omnes in cœlo, vt infra, & in ſua imagine collocatæ.

Equi sectio siue Equiculus sydus 18.

EQVVS ALATVS SIVE PEGASVS
sidus 19. Cap. XXII.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura
1 In vmbilico, quæ, & in capite Meduſæ	341	10	26	0	2	
2 In extrema ala	335	30	12	30	2	♂
3 In dextro humero & cruris eductione	325	30	31	0	2	♀
4 In ſcapulis, & in armo alæ	320	0	19	40	2	
5 In corpore duarum ſub ala quæ borea	327	50	25	40	4	
6 Quæ Auſtralior	328	20	25	0	4	♂
7 In dextro genu duarum borea	322	20	35		3	♀
8 In Auſtrum magis	321	50	34	30	5	
9 In pectore duarũ propiquarũ præcedẽs	319	30	29	0	4	
10 Sequens	320	20	29	30	4	♂
11 In ceruice duarum præcedens	312	10	18	0	3	♀
12 Sequens	313	50	19	0	5	
13 In iuba duarum auſtralior	314	40	25	0	5	
14 Quæ magis in boream	313	50	16	0	5	♂
15 In capite duarum propinquarũ borea	302	40	16	50	3	♀
16 Quæ magis in Auſtrum	301	30	16	0	4	
17 In rictu	298	40	21	30	3	
18 In dextra ſuffragine	317	0	41	10	4	♂
19 In ſiniſtro genu	311	0	34	15	4	♀
20 In ſiniſtra ſuſtragine.	305	40	36	30	4	

EQuũ dimidiũ e priore parte patentẽ vſque ad vmbilicum Aratus dicit ſuper geniculatorem ſitum, & iam aſtris illatum, eo quòd a celſitudine Heliconis montis percuſſo pede dextro aquam produxit, quem liquorem Hippocrenem dicũt Quidam pro eo, quòd Iupiter eo fuerit uſus. Nonnulli vero Pegaſum putant, qui ad aſtra pro Bellorophontis interitu euolauerit. Euripides dicit Menalippem Chironis filiam eſſe, quæ compreſſa grauida profugit in Pelion montem, & dum a patre comprehendi timeret Deorum Miſericordia cõuerſa in equum ad aſtra conſcendit, cuius poſteriores partes corporis propter fœminei ſexus pudorem non videntur, omnes ſtellæ ſunt, 20. ſecundæ magnit 4 tertiæ, 4 quarte, 9. quinte, 3.

Equus alatus ſeu Pegaſus ſidus 19.

ANDROMEDA SIDVS 20. CAP. XXIII.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura.
1 Quæ in capite,& Pegaſi vmbilico	341	10	26	0	2	
2 Quæ in ſcapnlis	348	40	24	30	3	
3 In dextro humero	349	40	27	0	4	♀
4 In ſiniſtro humero	347	40	23	0	4	
5 In dextro brachio trium auſtralior	347	0	32	0	4	
6 Quæ magis in boream	348	0	33	30	4	
7 Media trium	348	20	32	20	5	♀
8 In ſumma manu dextra trium auſtralior	343	0	41	0	4	
9 Media earum	344	0	42	0	4	
10 Borea trium	345	30	44	0	4	
11 In ſiniſtro brachio	347	30	17	30	4	♀
12 In ſiniſtro cubito	349	0	15	50	3	
13 Iu cingulo trium auſtralior	357	10	25	20	3	
14 Media	355	10	30	0	3	
15 Septentrionalis trium	355	20	32	30	3	♀
16 In pede ſiniſtro	10	10	23	0	3	
17 In dextro pede	10	30	37	20	4	
18 Auſtralior ab hac	9	30	35	20	4	
18 Sub poplite ſiniſtro duarum borea	5	40	29	0	4	♀
20 Auſtralis	5	20	28	0	4	
21 In dextro genu	3	30	35	30	5	
22 In ſyrmate ſiue tractu duarum borea	6	0	34	30	5	
23 Auſtrina	7	30	32	30	5	♀
24 A dextra manu excedens,& informis	336	0	44	0	3	

ANdromeda filia fuit Cephei,& Caſſiopeiæ, quæ adamata eſt a cupidine,& datum eſt reſponſum,vt traderetur cetui ad deuorandum. Hæc autem ſuſpenſa inter duos montes,& cetui expoſita eſt. cum omni muliebri mundo. A Perſeo autem liberata fuit,& ob id proſea dicta fuit,beneficioque Mineruæ in cœleſtiũ Collocata fuit. Alij aũt dicunt inter aſtra collocatã,vt labor perſei æternus pateret,manibus eius extẽſis quẽadmodũ cetui oppoſita fuit. Quæ cũ a Perſeo liberata eſſet,neque cũ matre cõmorari voluit ſed cõtinuo cũ Perſeo profecta eſt. Omnes ſtellę ſunt 24 ſecundæ magnitudinis. 1. informis,tertiæ 7. quartæ 12. quintæ 4 .& vt infra in ſua imagine patet.

Andro-

Andromeda sydus 20.

TRIAN-

TRIANGVLVM SIVE DELTOTON sidus 21. Cap. .24

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 In apice trianguli	4	20	16	30	3	
2 In baſi præcedens trium	9	20	20	40	3	
3 Media	9	30	19	40	4	☿
4 Sequens trium	10	10	19	0	3	

SVper caput Arietis non longe ab Andromedæ pedibus adiacet ſignum,quod Græci ob ſimilitudinem littere Δ Deltoton dixerũt. Latini vero ob formæ proprietatem triangulum vocitarunt. Quod quidem a Ioue per Mercurium inter aſtra poſitnm dicũt ſnper caput Arietis pro eo,qnod obſcurum eſſe dicitur. Quidam vero dicunt Aegypti eſſe effigiem ſtellis figuratam in tribus angulis,ideſt trigono,& Nilum talem ambitum facere. Habet autem ſtellas quatuor licet, in ſingulis augulis ſingulas, e quibus vna eſt clarior, tres ſcilicet tertię magnitud. & quartæ, 1. vt infra in ſuo ſidere videre licet.

Hactenus ſtellas deſcripſimus,quæ in Septentrionali plaga reperiuntur,quæ omnes ſunt 360 Primæ magnitudinis ſunt 3. ſecundæ 18. tertiæ 84,quartæ 174,quintæ 58,ſextæ 13.Nebuloſa,1. obſcuræ 9. Nunc autem duodecium proſequemnr,quæ in zodiaco deſcribuntur.

Secunda pars continet duodecim zodiaci ſigna,quæ ſunt Aries, taurus,Gemini,Cancer,Leo,Virgo,Libra, Scorpio, Sagittarius Capricornus,Aquarius,Piſces,quorum ſingulæ ſtellæ numerantur,& eorum ſitus Longitudo,Latitudo,Magnitudo,& Natura deſcribuntur.

Aries

Triangulum siue Deltoton sydus 21.



Aries

ARIES SIDVS 22. Cap. XXV.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo. G.	M.	Latitudo G.	M	Magnitudo.		Natura.
1 In cornu duarum præcedens, & prima omnium	0	0	7	20	3	B.	♂
2 Sequens in cornu	1	0	8	20	3	B.	♀
3 In rictu duarum borea	4	20	7	40	5	B.	♀
4 Quæ magis in Auſtrum	4	50	6	0	5	B.	♀
5 In ceruice	359	50	5	30	5	B.	♂
6 In renibus	10	50	6	0	6	B.	
7 Quæ in eductione caudæ	14	30	4	50	5	B.	
8 In cauda trium præcedens	17	10	1	40	4	B.	
9 Media	18	40	2	30	4	B.	
10 Sequens trium	20	20	1	50	4	B.	
11 In coxendice	13	0	1	10	5	B.	♂
12 In poplite	11	20	1	30	5	A.	
13 In extremo pede poſteriore	8	20	5	15	4	A.	
Informes circa Arietem							
1 Quæ ſupra caput	3	45	10	0	3	B.	♂
2 Supra dorſum	15	0	10	10	4	B.	
3 Reliquarum trium paruarum borea	14	40	12	40	5	B.	
4 Media	13	0	10	40	5	B.	
5 Auſtralis earum	12	30	10	40	5	B.	

ARies inter aſtra collocatus dicitur propter Phrixum, & Hellem Athamantis, & Nebulæ filios, qui cum nouercam interficere vellent a Libero inſania fuerunt affecti, qui dum per ſyluas vagarentur, mater eius Arietem aurata pelle fertur adduxiſſe, qui cum nauigare vellẽt in mare proiecti ſunt, quod pelagus ab Helle nomine Helleſpontus uocatur. Helles autem ut ferunt, a Neptuno ſeruata fuit, & ex ea puerum Poemonem genuit. Phrixum autem inſidens præparato arieti cholcos adductus fuit ad Oetã regem, ibique Arietem matri immolauit, eique ſuam auream pellem conceſſit antequam inter aſtra proceſſiſſet, quam Draco cuſtodiuit. Genitum autẽ hunc dicunt Arietem ex Neptuno, & Theophane Altidis filia, quam cũ ad amaſſet in inſulam Chrinuiſſam traduxit, inque Iouem conuertit, cũ

qua

qua in Arietem mutatus cōcubuit, ex qua Aries Chrissouellus natus. Nigidius hunc Arietem inquit ducem, & Principem esse zodiaci signorū immortalique honore donatum. Quòd cum Liber exercitum in Africā duceret, & aquæ inopiam pateretur subito Aries ex arena exiuit, & Liberum cum suo exercitu ad aquam diuinitus perduxit, quo facto Liber eum Arietem Iouem Ammonem appellauit, eiq; Phanum magnificum construxit eodem loco, vbi aqua reperta fuit, qui locus ab Alexandria nouē dierū itinere distat, & est locus arenosus & Serpentum copia plenus, & ab arena Ammon fuit appellatus. Præterea Aries dux aquæ immortalis mutatus, & cœli sidera consecutus. Conuertit autē caput ad taurum, ipse autem cetera signa sequitur habet autem stellas 13. tertiæ magnitudinis 2. quartæ 4. quintæ 6. sextæ: 1. informes vero sunt 5. quartæ magnitudinis, 1. tertiæ, 1. quintæ 3. quarum omnium situm, habebis infra vt in sua imagine cernitur.

Aries sydus 22.

TAVRVS

TAVRVS SIDVS 23.
Cap. XXVI.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo. G.	M.	Latitudo. G.	M.	Magnitudo.		Natura.
1 In ſectione, ex quatuor maximè Borea	19	40	6	0	4	A.	
2 Altera poſt Ipſam	19	20	7	15	4	A.	
3 Tertia	18	0	8	30	4	A.	♀
4 Quarta maximè Auſtrina	17	50	9	15	4	A.	&
5 In dextro armo	23	0	9	30	5	A.	pa
6 In pectore	27	0	8	0	3	A.	rũ.
7 In dextro genu	30	0	12	40	4	A.	♄
8 In ſuffragine dextra	26	20	14	50	4	A.	
9 In ſiniſtro genu	35	30	10	0	4	A.	
10 In ſiniſtra ſuffragine	36	20	15	30	4	A.	
11 In facie quinque, quę ſuccula uocantur, quæ in naribus.	32	0	5	45	3	A.	
12 Inter hanc, & Boreum oculum.	33	40	4	15	3	A.	♂
13 Inter eandem, & oculum auſtralem	34	10	5	50	3	A.	
14 In ipſo oculo lucens ſubruffa, dicta oculus ☿.	36	0	5	10	1	A.	
15 In oculo Boreo	35	10	3	0	3	A.	
16 Quæ inter originem Auſtralis cornu, & aurem	40	30	4	0	4	A.	
17 In eodem cornu duarum Auſtralior	43	40	5	0	4	A.	
18 Quæ magis in Boream	43	20	3	30	5	A.	&
19 In extremo eiuſdem	50	30	2	40	3	A.	pa
20 In origine cornu Septentrionalis	40	0	4	0	4	B	rũ.
21 In extremo eiuſdem, quæ in dextro pede Erictonij	40	0	5	0	3	B	☿
22 In auree Borea, duarum Borea.	35	20	4	30	5	B	
23 Auſtralis earum	35	0	4	0	5	B	♄
24 In Ceruice duarum exiguarũ præcedẽs	30	20	0	40	5	B	&
25 Quę ſequitur	32	20	1	40	6	B	pa
26 In collo quadrilateri p̃cedẽtiũ Auſtrina	31	20	5	0	5	B	rũ.
27 Eiuſdem lateris Borea	32	0	7	20	5	B	☿
28 Sequentis lateris Auſtralis	35	20	3	0	5	B	

29 Huius lateris Borea	35	0	5	0	5	B	♋
30 Pleiadum præcedentis lateris Boreus terminus	23	30	4	30	5	B	♋
31 Eiusdem lateris Australis terminus	25	50	3	40	5	B	♋
32 Pleiadũ sequẽs Augustissimus termin⁹	27	0	3	20	5	B	♋
33 Exigua Pleiadum, & ab extremis secta	26	0	5	0	5	B	♋
Informes circa Taurum.							
1 Infra pedem, & Armum dextrum.	18	40	17	30	4	A.	
2 Circa Anstrinum cornu præcedens triũ	43	20	2	0	5	A.	
3 Media Trium	47	20	1	45	5	A.	♂
4 Sequens trium	49	20	2	0	5	A.	
5 Sub extremo eiusdem cornu duarum Borea	52	20	6	20	5	A.	
6 Austrina	52	20	7	40	5	A.	♂
7 Sub Boreo cornu quinque præcedens	50	20	2	40	5	B	
8 Altera sequens	52	20	1	0	5	B	
9 Tertia sequens	54	20	1	20	5	B	
10 Reliquarum duarum quæ Borea	55	40	3	20	5	B	♂
11 Quæ Australis	56	40	1	15	3	B	

TAurus inter astra collocatus dicitur, quod in Taurum Iupiter sit fabulose conuersus. Nigidius hunc Iouem a Neptuno fratre per gratiam adduxisse, qui in figura Tauri sensum humanum haberet, quem Iupiter Sidonem misit, vt Europam Agenoris filiam ad se portaret, isque per pelagus Sidonem venit, ibique Europam inter æquales suas ludentem in templo Aesculapij conspexit, eamque repentino arreptum collocatam in suo tergo deuexit in insulã Cretam ad Iouem. Ob hanc igitur causam Iupiter taurum sideribus dignatus est immortali memoria inferre. Alij verò volunt hunc esse taurũ qui coijt cum Pasiphae, cuius priores partes apparent, reliquum corpus non apparet propter fœmineum sexum, Vergit autem ad Oriẽtem. Insigno autem Tauri fons, & facies hyades vocantur, quæ Liberi nutrices dicũtur, & Dodonides nimphæ vocantur, quę cum a Lycurgo capti uitatem timentes fugerent Thebas, ne sibi a Iunone aliquid paterentur, Iupiter ĩter sidera collocatas uoluit, hyadasque appellauit, quod nascente Libero eas inuenerit, quas in signum temporis posuit, vel quod sint pluuiales ὕειν pluere est, quia eorum ortus imbres concitat, vel

quia

quia in modum ⋎ litteræ positæ sunt. Alij vero referunt ex Atlante, & Hya duodecim filias procreatas esse, & filium Hyantem, quem dum ab apro, vel Leone occisum sorores omnes nimium diligentes flerent, obierunt, e quibus quinque stellas figuratas hyades appellauerunt septẽ autem pleiades. Alij autem volunt quinque cadmi esse filias. Omnes stellæ præter eam, quæ in extremo cornu boreo est, sunt, 32. primæ Magnit. 1. tertiæ 6. quartæ 11. quintæ 13. sextæ, 1. informes verò, 11. quartæ magnit. 1. quintæ 10, vt hic, in sua imagine cernitur.

Taurus

Taurus ſydus 23.



Gemi-

GEMINI SIDVS 24 CAP. XXVII.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo		Natura.
1 In capite gemini præcedentis caſtoris	76	40	9	30	2	B	☿
2 In capite ſequentis ſubflaua Pollucis	79	50	6	14	2	B	
3 In ſiniſtro cubito Gemini præcedentis	70	0	10	0	4	B	
4 In eodem brachio	72	0	12	0	4	B	
5 In ſcapulis eiuſdem Gemini	75	20	6	30	4	B	
6 In dextro humero eiuſdem	77	20	4	50	4	B	♂
7 In ſiniſtro humero ſequentis Gemini	80	0	2	40	5	B	
8 In dextro latere antecedentis Gemini	75	0	2	40	5	B	
9 In ſiniſtro latere ſequentis Gemini	76	30	3	0	5	B	
10 In ſiniſtro genu præcedentis Gemini	66	30	1	30	3	B	
11 In ſiniſtro genu ſequentis	71	40	2	30	3	A	
12 In ſiniſtro bubone eiuſdem	75	0	0	30	3	A	♄
13 In cauitate dextra eiuſdem	74	40	6	40	3	A	
14 In pede præcedentis Gemini præcedẽs	60	0	1	30	4	A	
15 In eodem pede ſequens,	61	30	1	15	4	A	
16 In extremo præcedentis Gemini Prop⁹	63	30	3	30	4	A	☿ &
17 In sũmo pede ſiniſtro ſequentis Gemini	65	20	7	30	3	A	pa,
18 In infimo pedis dextris eiuſdẽ Gemini	68	0	10	30	4	A	rũ.
Informes circa Geminos							
1 Præcedens ad ſummum pedem Gemini præcedentis	57	30	0	40	4	A	♀
2 Quæ ante genu ſiniſtrũ ſequẽtis Gemini	59	50	5	50	4	A	
4 Sequentium dextram manum Gemini	68	30	2	15	5	A	
ſequentis trium Borea	81	40	1	20	5	A	
5 Media	79	40	3	20	5	A	♄
6 Auſtralis trium	79	20	4	30	5	A	
7 Lucida ſequens tres	84	0	2	40	4	A	

HI Fratres gemini caſter,& Pollox maxima concordia eſſe dicuntur,e quibus cum vnus cecidiſſet in pugna, quam aduerſus Athenienſes gerebant,alter immortalitatẽ accepit,quos ambos Iupiter in cœleſtium Concilio collocauit,& Geminos

nos appellauit,qui ſalutares quoque dicuntur.Nam & horum ſtellę ita ſe habent,vt occidente vna oriatur altera. Alij zetum,& Amphionem eſſe volunt,ideo eos ita faciunt,vt alter zonam,alter hyram habeant.Nigidius Deos ſomothracs dixit,quorum argumentum nefas ſit enumerare.Item dicit caſtorem,& Pollucem tyndaridas geminorum honore decoratos,quòd principes pacationis dicantur,quod mare totum prędonibus,maleficiſque pacatum reddidiſſent,&quo tempore nauigauerũt cum Iaſone,atque Hercule ad pellem auream deferendam multis laboribus,tempeſtatibuſque conflictati periculorum, atque animorum experti impendia laboribus liberare ſtudicerunt,& cum a Ioue eſſent elati,petierunt a patre,vt ſibi liceret in eo cœli loco conſtitui, vnde mortalibus auxiliantes proſpicere poſſent.Quamobrem eis conceſſum eſt immortali memoria,locoque conſtitui, & pleriſque mortalibus auxiliantes ſui cõſpectus gratiam præbent.Has tamen ſciat Chriſtianus Lector fabulas eſſe.Omnes ſtelle 18.ſunt ſecundæ magnit.2.tertiæ,5.quartæ,9.quintæ 2.informes vero ſeptem ſunt.Quartæ magnit.3.quintæ,4.quæ per cœlum diſtributæ ſunt, vt hic, in ſua imagine cernitur.

Gemini

Gemini sydus 24.

CANCER SIDVS 25. CAP. XXVIII.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo		Natura.
1 In pectore nebuloſa media	39	40	0	40	ne.	B	♂ ☉
2 Quadrilateris duarũ præcedentiũ Borea	91	0	1	15	4	B	
3 Auſtrina	91	20	1	10	4	A	
4 Sequentium duarum, quæ vocantur Aſini, Borea	93	40	2	40	4	B	♂ ☉
5 Auſtralis Aſinus	94	40	0	10	4	A	
6 In chele, ſeu brachio Auſtrino	99	50	5	30	4	A	♄
7 In Brachio Septentrionali	91	40	11	50	4	B	☿
8 In extremo pedis Borea	86	0	1	0	5	B	et p
9 In extremo pedis Auſtrini	90	30	7	30	4	A	♂
Informes circa Cancrum.							
1 Supra cubitum Auſtralis cheles	103	0	2	40	4	A.	
2 Sequens ab extremo eiuſdem cheles	105	0	5	40	4	A.	♄
3 Supra nubeculam duarum præcedens	97	20	4	50	5	B	♂
4 Sequens hanc	100	20	7	15	5	B	

CAncer in aſtris poſitus eſſe dicitur Iunonis beneficio, cum enim Hercules ad fontem Lerneum depugnaret, hic Cancer Herculis pedem morſu deprehendit, quem miratus Hercules calcatum contriuit, beneficioque Iunonis magnis honoribus decoratus eſt, cum in numero duodecim ſignorum fuerit numeratus, ſunt in hoc ſigno nonnullæ ſtellæ, de quibus Græci hanc fabulam dicunt. Quod cum Liber a Iunone inſania obiecta fugeret ad occaſus dodonei Iouis, eiuſque templo reſponſa peteret, magni imbres cum gtandi ne orti ſunt. ea parte, qua tranſiturus erat, Aſinis e contrario trãſeuntibus per aquas in vno ex his ſedens, & ipſe tranſuectus eſt ſine periculo, & ab inſania liberatus. Vni autem ex his effeciſſe dicitur, ut voce humana loqueretur & paucum poſt tempus cũ Priapo contendere cepit de membro naturali. Priapus compreſſum aſinum occidit. Iouis autem beneficio vtrique immortali honore donati inter ſidera collocatus fuit. Alii vero aliam huriſis rei rationem afferunt. Quòd cum aduerſus gigantes dij bellum gererent idem liber, & Vulcanus, & ſatiri aſinis

inſi-

insidentes profecti sunt ad pugnam. Quod genus viso tumultu diro cum murmure rugissent, gigantes eorum voce territi fugerunt, & confestim dij de gigantibus triumpharunt, & idcirco unà cum præsepio suo inter astra collocati sunt, & in signo nobilis Cancri positi, cuius cursus ad occasum tendit, stellę sunt omnes 9. quartę magnit. 7. quinte, 1. Nebulosæ 1. informes sunt 4. quartę magnit. 2. quintę 2. distributæ, vt in sequenti imagine cernitur.

Cancer Sidus 25.



Leo

LEO SIDVS 26. CAP. XXIX.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo		Natura.
1 In naribus.	101	40	10	0	4	B	
2 In hiatu	104	30	7	30	4	B	♄ & par.
3 In capite duarum borea	107	40	12	0	3	B	♂
4 Auſtralis	107	30	9	30	3	B	
5 In collo trium borea	113	30	11	0	3	B	♄ & par.
6 Media	115	30	8	30	2	B	☿
7 Auſtralis trium	114	0	4	30	3	B	—
8 In corde, quem regulum uocant, ſeu Baſiliſcum	115	50	0	10	1	B	♄ p. ☿ ♂
9 Ea auſtralior, & quaſi ſupra pectus	116	50	1	50	4	A.	♃
10 Antecedens parum eam	113	20	0	15	5	A.	—
11 In genu dextro	110	40	0	0	5	A.	♃
12 In draco dextra priori	107	30	3	40	6	A.	♂
13 In genu ſiniſtro anteriori	110	50	4	10	4	A.	—
14 In draco ſiniſtra priori	115	30	4	15	3	A.	
15 In ſiniſtra axilla	122	30	0	10	4	A.	
16 In ventre trium antecedens	120	20	4	0	6	B	♃ ♂
17 Sequentiũ duarum in ventre borealis	126	20	4	20	6	B	
18 Quæ auſtralis	125	40	2	20	6	B	
19 In lumbis duarum, quę pręit	124	40	12	15	5	B	—
20 Quę ſequitur	127	30	13	40	2	B	♄ ♀
21 In clune duarum borealis	127	40	11	30	5	B	♄ ♀
22 Auſtrina	129	40	9	40	3	B	—
23 In poſteriori femore	133	40	5	50	3	B	
24 In cauitate ſeu poplite poſteriore	135	0	1	15	4	B	
25 Hac auſtralior tamquam in cubitis	135	0	0	50	4	A.	♀ ☿
26 Quæ in poſterioribus dracibus	140	0	3	0	5	A.	—
27 In extremo caudæ	137	50	11	50	1	B	♄ ☿
Informes circa Leonem.							
1 Supra dorſum duarum pręcedens	119	20	13	20	5	B	
2 Quę ſequitur	121	30	15	30	5	B	
3 Sub ventre trium borea	129	50	1	10	4	B	

Media

4	Media	130	30	0	30	5 A.
5	Australis trium	131	20	2	40	5 A.
6	In ter extrema Leonis & Vrsæ nebulosæ inuolutionis, quam vocant Berenices crines quæ maxime borea	138	10	30	0	lumi.
7	Australium duarum præcedens	137	50	25	0	obsc.
8	Quę sequitur in figura solij Hederę	141	50	25	30	obsc.

Sexta, septima, octaua sunt in imagi ne Vrsæ maioris.

LEo Iunonis beneficio inter astra collocatus dicitur, quod virtute ceteras prącellat, alij ob primos labores Herculis memorię causa honorifice in cœlestium numero fuisse collocatũ. Nigidius refert hunc Leonem apud Lunam fuisse nutritum Iunonis iussu & in Archadia in regione Nemeę in spelunca micdimon nomine fuisse, quam quidam Aphrison dicunt & iussu Iunonis ad Herculis exitium dimissum, quem Hercules Iussu Euristei interfeeit cum Molorcho hospite suo, cuius clauam pro viribus tributam principio est adeptus, cum qua Leonem interfecit itaq; postea claua pro gladio pelle pro scuto reliquo tempore uti cœpit, & apud omnes mortales gratus ob virtutem haberi cœpit, Iunoni vero magis odio esse. Qua propter Leonem cœlesti memoria dignatum Iunonis voluntate arbitrantur. Hic conspicuus & maximus inter signa est. Plerique volunt Nemeæ gymnicos ludos ob hunc Leonem institutos. Hoc signum habet stellas 27 primæ Magnit. 2. secundæ, 2. tertiæ 6. quartæ 8. quintæ 5. sextæ, 4. informes vero sunt octo, quartæ magnit. 1. quintæ 4. luminosæ, 1. obscuræ 2.

Leo ſydus 26.

VIR-

VIRGO SIDVS 27. CAP. XXX.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura
1 In ſummo capite duarum præcedens Auſtrina	139	40	4	15	5 B	
2 Sequens Septentrionalior	140	20	5	40	5 B	
3 In vultu duarum borea	144	0	8	0	5 B	
4 Auſtralis	143	30	5	30	5 B	♀ & paru ♂
5 In extremo alæ ſiniſtræ & Auſtrinæ	142	20	0	9	3 B	
6 Earum quæ in ſiniſtra ala quatuor præcedens.	151	30	1	10	3 B	
7 Altera ſequens	156	30	2	50	3 B	
8 Tertia	160	30	2	50	5 B	
9 Vltima quatuor	164	20	1	40	4 B	
10 In dextero latere ſub cingulo	157	40	8	30	3 B	☿ &
11 In dextra,& borea ala trium præcedẽs	151	30	13	50	5 B	pa-
12 Reliquarum duarum Auſtrina	153	30	11	40	6 B	um
13 Ipſarum borea uocata vindemiator	155	30	15	10	5 B	♄
14 In ſiniſtra manu quæ ſpica ♍ dicitur	170	0	2	0	1 A	
15 ſub perizomate,& clune dextra	168	10	8	40	3 B	♀ p. ♂
16 In ſiniſtra coxa quadrilateri præcedentium borea	169	40	2	30	5 B	
17 Auſtralis	170	20	0	10	6 B	♀ &
18 Sequentium duarum borea	173	20	1	30	4 B	pa.
19 Auſtrina	171	20	0	20	5 B	♂
20 In genu ſiniſtro	175	0	1	30	5 B	iel
21 In poſtremo coxæ dextræ	171	20	8	30	5 B	☿ &
22 In ſirmate,quæ media	180	0	7	30	4 B	pa
23 Quæ auſtrina	18	40	2	40	4 B	um
24 Quæ borea	181	40	11	40	4 B	♂
25 In ſiniſtro,& auſtrino pede	183	20	0	30	4 B	
26 In dextro,& boreo pede	186	0	9	50	3 B	♀ & p. ♂

In-

Informes circa Virginem.						
1 Sub brachio sinistro in directum trium præcedens	158	0	3	30	5	A.
2 Media	162	20	3	30	5	A.
3 Sequens	165	40	3	30	5	A.
4 Sub spica tamquam in lineam rectam trium præcedens	170	30	7	20	6	A.
5 Media earum, quæ & dupla	171	30	8	20	5	A
6 Sequens ex tribus	173	20	7	50	6	A

AD aspectum Bootæ virgo constituta est, quæ Erigone dicta est, quæ inter Leonem, & Libram in zodiaco locum tenet. Hanc Hesiodus Iouis, & Themidis filiam esse dicit nomine iustam. Hunc secutus Aratus dicit, quod cum esset immortalis in terris morabatur, & a virorum aspectu se subtrahere solita cum fœminis consulto ludere, & conuersari uidebatur, & ab eis iusta vocabatur, & nondum inter homines nequitiam, neque nauigationē fuisse sed illam in terris moratam æquitatē hominibus præstitisse eo seculo quod aureum dicebatur. Sed postquam diminuti homines ab æquitate recesserunt, illa cum ijs minime conuersari voluit. Postquam vero hominum mores in deterius uersi sunt, penitus se de terris sustulit, & in ea cœli parte habitauit, qua nunc esse dicitur. Nōnulli autem eam esse Cererem dicunt, quod spicas teneat, Alij Atargatin. quidam vero fortunam pro eo, quod sine capite astris infertur. Nigidius de Virgine ita tefert. Virginē iustitiam dici, siue æquitatem, quæ ab hominibus recesserit, & ad immortales merito transierit. Nam cum inter mortales conueniret omnibus locis, conciliabulisque solitam consistere, & præcipere hominibus, ne temere a Iustitia & æquitate discederent, qui quandiu monitis eius obedirent, diu in uita sine cura, & solitudine futuros, sed cum negligentius æquitatem obseruantes declinarent, insidijsque cupiditate, & auaritia alter alterum deciperet ab hominibus discessisse, & digna cœlesti numero immortalem præmium pietatis possedit. Habet stellas 26. primæ magnit. 1. tertiæ, 6. quartæ, 6. quintæ. 11. sextæ, 2. informes verò, 6. quintæ magnit. 4. sextæ, 2.

Virgo sydus 27.

LIBRA SIDVS 28.
Cap. XXXI.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo		Natura.
1 In extrema auſtrina chele duarum lucẽs	191	20	0	40	2	B	
2 Obſcurior in boream	190	20	2	20	5	B	♃
3 In extrema borea chele duarum lucens	195	30	8	30	2	B	☿
4 Obſcurior præcedens hanc	191	0	8	30	5	B	♄ &
5 In medio chele Auſtrinæ	197	20	1	40	4	B	pa
6 In eadem, quæ præit	194	40	1	15	4	B	rũ
7 In media chele Borea	200	50	3	45	4	B	♂
8 In eadem, quæ ſequitur	206	0	4	30	4	B	
Informes circa Libram							
1 In Boream à chele Borea trium præced.	199	30	9	0	5	B	
2 Sequentium duarum Auſtralis	207	10	6	40	4	B	
3 Borea ipſarum	207	40	9	15	4	B	
4 Inter chelas ex tribus, quæ ſequitur	205	50	5	30	6	B	
5 Reliquarum duarum præcedentium Borea.	203	40	2	0	4	B	
6 Quæ Auſtralis	204	30	1	30	5	B	
7 Sub auſtrina chele trium præcedens	196	20	7	30	3	A	
8 Reliquarum Sequẽtium duarum Borea	204	30	8	10	4	A	
9 Auſtralis	205	20	9	40	4	A	

Licet Scorpius non duodecimam zodiaci partem, ſed ſextam occupet, cum tamen neceſſe quodammodo fuerit in duodecim partes totum zodiacum diſtribuere, ex eo ſigno non nullas ſtellas ſeparatim in hac parte deſcribunt, quæ ſignum Libræ conſtituere dicuntur, quod illius ſigni initio ſint dies noctibus æquales, vt Virgilius cecinit cum ſcripſit Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas. Hic ille locus, quo futurum eſſe, vt Auguſtus cœſar collo ceretur ſcriptum reliquit idem uirgilius.

Anne nnuum tardis ſydus te menſibus addas
Qua locus Erigonem inter, chelaſque ſequentes
Panditur, ipſe tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iuſta plus parte reliquit.

In hoc igitur ſigno ſunt ſtellæ 8. ſecundæ magnit. 2. quartæ 2. quintę, 2. Informes 9. tertiæ magnit. 1. quartæ 5. quintæ 2. ſextæ, 1. diſpoſitæ vt infra in imagine, non autem vt in tabula.

Libra ſydus 28



SCOR

SCORPIVS SIDVS 29. CAP. XXXII.

	Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1	In fronte lucentium trium Borea	209	40	1	20	3 B	♂ &
2	Media	209	0	1	40	3 A.	parũ
3	Auſtralis trium	209	0	5	0	3 A.	♄
4	Quæ magis ad auſtrum,& in Pede	209	20	7	50	3 A.	
5	Duarum coniunctarum Borea	210	20	1	40	4 B.	♄ &
6	Auſtralis	210	40	0	30	4 B.	p. ☿
7	In corpore trium lucidarũ pręcedens	214	0	3	40	3 A.	♂ [&
8	Media rutilans.Antares vocata cor.	216	0	3	40	2 A.	parũ
9	Sequens trium	217	50	5	30	3 A.	♃
10	In vltimo accetabulo duarũ pręcedẽs	212	40	6	10	5 A.	
11	Sequens	213	50	6	40	5 A.	♂ &
12	In primo corporis ſpondylo	221	50	11	0	3 A.	♃
13	In ſecundo ſpondylo	222	10	15	0	4 A.	
14	In tertio duplicis Auſtrina	213	20	18	40	4 A.	
15	Borea duplicis	213	30	18	0	3 A.	♄ &
16	In quarto ſpondylo	226	30	19	30	3 A.	parũ ☿
17	In quinto	231	30	18	50	3 A.	
18	In ſexto ſpondylo	233	50	16	40	3 A.	
19	In ſeptimo.quę proxima aculeo	232	20	13	10	3 A.	
20	In ipſo aculeo duarum ſequens	230	50	13	20	3 A.	☿ &
21	Antecedens.	230	20	13	30	4 A.	♂
	Informes Circa Scorpium.						
1	Nebuloſa ſequens aculeum	224	30	13	15	ne.A	♂ &
2	Ab aculeo in Boream duarum ſequens	228	50	6	10	5 A.	☽
3	Quæ ſequitur	232	40	4	10	5 A.	

SCorpius ſane inter aſtra a Ioue collocatus fuit, quod ferunt ex terra ortum,ut Oriona interficeret, ob eius loquacitatẽ quippe qui gloriaretur ex venatione nullã feram relinquere.is autem Oriona percuſſit,& occidit, deinde a Ioue in aſtrorum numerum relatus eſt, vt eius naturam futuri homines intelligerent. Nigidius autem dicit Scorpionem ad pernitiem Orionis in in

ſula

ſula chio in monte chelippo ortum Dianæ voluntate atque ope. Nam cum in monte Celſionio veneraretur irridens Dianam contemnebat, eiuſque opera, quæ in monte conſtituebat. Itaque Diana dicitur miſiſſe Scorpionem, qui Orionem vita priuaret. Poſtea ab Ioue impetraſſe, vt Scorpio in duodecim ſignorum memoria conſtitueretur. Hic ob magnitudinem in duo domicilia, vt dictum eſt, extenditur, Etenim ad aliud eius brachia ad aliud corpus, & cauda, & aculeus tendũt. Habet autem ſtelles, 11. ſecundæ magnit. 1. tertiæ, 13. quartæ, 5. quintæ, 2. informes vero tres, unam nebuloſam & quintæ magnit. 2. per octauam ſpheram diſtributas vt in imagine perſpicitur.



Scor-

Scorpio Sidus 29.



SAGIT-

SAGITTARIVS SIDVS 30. CAP. XXXIII.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo		Natura.
1 In cuſpide Sagittæ	237	50	6	30	3	A.	♂ ☉
2 In manubrio ſiniſtræ manus	341	0	6	30	3	A.	—
3 In auſtrali parte Arcus	341	20	10	50	3	A.	
4 Septentrionali duarum Auſtralior	242	20	1	30	3	A.	
5 Magis in boream in externitate arcus	240	0	2	50	4	B	♃ ♂
6 In humero ſiniſtro	248	40	2	5	3	A.	
7 Antecedens hanc in iaculo	246	20	3	10	4	A.	
8 In oculo nebuloſa duplex	248	30	0	45	Ne.	B	—
9 In capite trium, quæ anteit	249	0	2	10	4	B	☉ ♂
10 Media	231	0	1	30	4	B	
11 Sequens	252	30	2	0	4	B	—
12 In Boreo contactu trium Auſtralior	254	40	2	50	4	B	
13 Media.	255	40	4	30	4	B	
14 Borea trium	256	10	6	30	4	B	♃ &
15 Sequens tres obcura	259	0	5	30	6	B	parū
16 In Auſtrali contactu duarum Borea	262	50	5	0	5	B	♀
17 auſtralis	261	0	2	0	6	B	
18 In humero dextro	255	40	1	50	5	A.	—
19 In dextro cubito	258	10	2	50	5	A.	♃ &
20 In ſcapulis	253	20	2	30	5	A.	♄
21 In Armo	251	0	4	20	4	A.	
22 Sub axilla	249	40	6	45	3	A.	
23 In ſuffragine ſiniſtra priori	251	0	23	0	2	A.	
24 In genu eiuſdem cruris	250	20	18	0	2	A.	
25 In priori dextra ſuffragine	240	0	13	0	3	A.	
26 In ſiniſtra ſcapula	260	40	13	30	3	A.	
27 In poſteriori dextro Genu	260	0	20	10	3	A.	
28 In eductione caude 4 Borei lateris pr; cedens	261	0	4	50	5	A.	—
29 Sequens eiuſdem lateris	261	50	4	50	5	A.	♄ &
30 Auſtrini lateris pr; cedens	261	50	5	50	5	A.	♀
31 Sequens eiuſdem lateris	262	50	6	30	5	A.	

SAgittarius Scorpione oriente aſcendit,quo aſcēdente Oriō occidit totus, & Cepheus a uerticret humeris cum manib', in cuius ſigni regione zodiacus circulus humillimus,eſt propter equina crura.Quidam negant dicentes nunquam Centauros vllis ſagittis vſos fuiſſe.Quidam autem dicunt, quòd quadrupedes eſſe non videantur, ſed ſtans bipes ſagittarius. Hic autem homo equinis pedibus eſt & caudam habet uelut Sagittarij. Alij dicunt eſſe Orctonem Euſchemis Muſarum nutricis filium, & Heliconem habitaſſe, & ſagittis, & uenatu uitam exegiſſe,qui inter inſulas ſæpius commoratus plauſu cantus earum diſtinguebat ideſt ad pedem manibus plaudebat,quo alij timerent.Hunc Muſæ Iouis beneficio in aſtra retulerunt. Cuius artes ideſt plauſus,& ſagittæ inter mortales manſere. Nigidius de Crotone idem dicit,ſed non conuerſatum cum Muſis ſed dum illæ cantus,choroſque celebrarent tūc proculaudito repentino plauſu ad pedem feriendo oblectare canentes,ob hoc Ioue immortali memoris earum rogatu donatum, quod eſſet nutricis earum filius, idem oceani nepos. Habet autem ſtellas 31 ſecundæ magnit. 2 tertiæ 9.quartæ 9.quintæ 8 ſextæ 2. Nebuloſa, 1. diſtributas, per cœlum, ut hic cernitur.

Sagit-

Sagittarius ſydus 30.

CAPRICORNVS SIDVS 31. CAP. XXXIIII.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo		Natura.
1 In præcedenti cornu trium Borea	270	40	7	30	3	B	☿
2 Media	271	0	6	40	6	B	&
3 Auſtralis trium	270	40	5	0	3	B	p.
4 In extremo ſequentis cornu	272	20	8	0	6	B	♂
5 In rictu trium Auſtralis	272	20	0	45	6	B	♄
6 Reliquarum duarum præcedens	272	0	1	45	6	B	&
7 Sequens	272	10	1	30	6	B	.p
8 Super oculum dextrum	270	30	0	40	5	B	♀
9 In ceruice duarum borea	275	0	4	50	6	B	
10 Auſtralis	275	10	0	50	5	A.	
11 In dextro genu	275	0	6	30	4	A.	
12 In ſiniſtro genu ſubfracto	174	10	8	40	4	A	
13 In ſiniſtro humero	280	0	7	40	4	A.	
14 Sub aluo duarum continguarum præcedens	283	30	6	50	4	A.	
15 Sequens	283	40	6	0	5	A.	
16 In medio corpore trium ſequens	282	0	4	15	5	A.	♂
17 Reliquarum præcedentium Auſtralis	280	0	4	0	5	A.	&
18 Septentrionalis earum	280	0	2	50	5	A.	p
19 In dorſo duarum, quæ anteit	280	0	0	0	4	Ecl	♀
20 Sequens	284	20	0	50	4	A.	
21 In Auſtralis ſpina antecedens duarum	286	40	4	45	4	A.	
22 Sequens	288	20	4	30	4	A.	
23 In eductione caudę duarum præcedens	288	40	2	10	3	A.	
24 Sequens	289	40	2	0	3	A	
25 In Borea parte caudæ quat. præcedens	290	10	2	20	4	B	♄
26 Reliquarum trium Auſtralis	292	0	5	0	5	B	♃
27 Media	291	0	2	50	5	B	
28 Borea, quæ in extremo caudæ	292	0	4	20	5	B	

CVr Capricornus ſit cœleſti domicilio donatus multi multa ſenſerunt, ſed quod mihi magis veriſimile uidetur in hũc locum transferre volui. Alij volunt capri fuiſſe filium eius capræ cuius lacte Iupiter nutritus fuit, quare cum Ioue educa-

catus,ex quo factum est vt Iupiter eum valde diligeret, & ob id in cœlo collocasset.Alij vero,quod magis peritis placet,aliã fabulam de eo narrant. Dicunt enim quod alias in AEgyptum nonnulli Deo conuenerunt ad quoddam conuiuium,vbi dum ipsi libens & omni cura solutis animis cibis fruebantur repentino aduentu Tipheus gigantum maximus, & crudelissimus eorum inimicus adfuit, quare maximo timore perterriti Dij non solum statim profugerunt,sed vt tutiores essent in diuersas animalium figuras se trasmutarunt.Iupiter in gruem, Mercurius in ibim,alij vero in alia animalia,ex quo factum est vt AEgyptij hæc animalia vt Deos venerentur,ac colant. Pan vero qui, & ipse cum his erat in aquas se demisit & nouam animalis formam se induit:partes enim anteriores capram,& posteriores piscem referebant. Ex qua figura tãtam voluptatem perceperunt Dij vbi eorum inimic⁹ discessit, & iterum vnà conuenerunt, tantosque risus excitarunt,vt Iupiter eius imaginem huius delectationis memoriam in cœlo perpetuò habere voluerit. Quæ imago, & figura 28. stellis ornata est, quarum 4. tertiæ magnitudinis sunt quartæ,9.quinta 9.sextæ 6.vt in sua imagine cernitur.

Capri-

Capricornus sydus 31.

AOVA-

AQVARIVS SIDVS 32. CAP. XXXV.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo		Natura.
1 In capite	295	40	15	45	5	B	
2 In humero dextro, quæ clarior	299	40	11	0	3	B	♄
3 Quæ obſcurior	298	30	9	40	5	B	☿
4 In humero ſiniſtro	290	0	8	50	3	B	
5 Sub axilla	290	40	6	15	5	B	
6 Sub ſiniſtra manu ſequens trium	280	0	5	30	3	B	♄
7 Media	229	30	8	0	4	B	☿
8 Antecedens trium	278	0	8	30	3	B	
9 In brachio dextro	302	50	8	45	3	B	
10 In dextra manu, quæ borea	303	0	10	45	3	B	♄
11 Reliquarũ duarum auſtralis præcedens	305	40	9	0	3	B	☿
12 Quę ſequitur	306	20	8	30	3	B	
13 In uaſe duarum propinquarũ præcedẽs	299	30	3	0	4	B	
14 Sequens	300	20	2	10	5	B	♄
15 In dextro clune	302	0	0	50	4	A.	☿
16 In ſiniſtro clune duarum auſtralis	294	0	1	40	4	A.	
17 Septentrionalior	295	30	4	0	6	A.	
18 In dextra tibia Auſtralis	205	0	7	30	3	A.	☿
19 Borea	304	40	5	0	4	A.	&
20 In ſiniſtra coxa	301	0	5	40	5	A.	p.
21 In ſiniſtra Tibia duarum auſtralis	300	40	50	0	5	A.	♄
22 Septentrionalis ſub genu	302	40	9	0	5	A.	
23 In profuſione aquæ a manu prima	308	20	2	0	4	B	
24 Sequens auſtralior	308	10	0	10	4	A	
25 Quæ ſequitur in primo flexu aquæ	311	0	1	10	4	A.	♄
26 Sequens hanc	313	20	0	30	4	A.	&
27 In altero flexu auſtralis	313	50	1	40	4	A.	p.
28 Sequentium duarum borea	313	30	3	30	4	A.	♃
29 Auſtralis	312	50	4	10	4	A.	♄
30 In Auſtrum auulſa	314	10	8	15	5	A.	&
31 Poſt hanc duarum cõiunctarũ præcedẽs	316	0	11	0	5	A.	p.
32 Sequens	316	30	10	50	5	A.	♃

33 In tertio aquæ fluxu Borea trium	315	0	14	0	5	A.	
34 Media	316	0	14	45	5	A.	
35 Sequens Trium.	316	30	15	40	5	A.	
36 Sequentium exemplo simili triũ Borea	310	20	14	10	4	A.	
37 Media	310	50	15	0	4	A.	B & P
38 Australis trium.	311	40	15	45	4	A.	
39 In vltima inflexione trium præcedens.	305	10	14	50	4	A.	
40 Sequentium duarum Australis	306	0	15	20	4	A.	
41 Borea	306	30	14	0	4	A.	
42 Vltima aquæ,& in ore piscis Austrini	300	20	23	0	1	A.	
Informes circa Aquarium							
1 Sequentium flexum aquæ trium præcedens	320	0	15	30	4	A.	
2 Reliquarum duarum Borea	323	0	14	20	4	A.	
3 Australis earum.	322	20	18	15	4	A.	

AQuarius ita dicitur, quòd eius ortu hymbres plurimi fiant. Quidam volunt Ganymedem eum esse Troili & Calires filium, qui cum in Ida monte venaretur ob nimiam pulchritudinem Ioue adamatus, & per aquilam raptus inter astra est collocatus, Dehinc Aquarius dictus, quòd aquam fundat. Nigidius Hydrochoon siue Aquarium existimat esse Deucalionem Thessalum, qui maximo diluuio in monte Hetna cum vxore Pyrrha sit relictus. Posteaque se, & vxorem suam in terra relictum censuit, orbitatis misertus a Ioue præcari cœpit, vt aut ipsi interirent, aut hominum genus restitueret. Iupiter respondit, & per sortem indicauit, vt lapides quos ante se reperissent post se iactarent. Reuersi itaque quotquot Deucalion misit, viri fiebant, quos Pyrrha fæminæ. Quo facto rursus hominum genus natum est ob quam rem λαὸς græcè populus dicitur, quia lapis antiquitus græcè λᾶας appellabatur. Ab antiquis dicitur, Aristeus filius Apollinis fuisse, quem Apollo dicitur excyrene procreasse, quam compressit in monte Orpheo, qui cyrenis est appellatus. Aristeus quidẽ omnibus artibus peritus dicitur, quibus ceteros homines ad bonos fructus, vtilitatemque perducebat. Is cum caniculæ signum pestiferum oriretur, & statim præsentes fructus læderẽtur & homines diuturna pestilentia afficerentur, factum est, ut a diis impetraretur, & maxime a Neptuno Iouis fratre, ne tempestatibus, & ventis pateretur hu-

tur humanum genus indignis calamitatibus affici. Itaque venia data, constitutum est astris, vt caniculæ stellæ exortu venti perflarent dies circiter quadraginta, eiusque pestilentiæ uim abscinderent. Quapropter Aristeus inter astra est collocatus, in hoc autem signo sunt stellæ 42, primæ magnitudinis, 1. tertiæ 9. quartæ 18. quintæ 12, sextæ 1. per cœlum distributæ, vt infra in sua imagine cernitur.



Aquarius sydus 32.



PISCES

PISCES SIDVS 33. CAP. XXXVI.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo		Natura.
1 In ore Piſcis	315	0	9	15	4	B	☿ ♃
2 In occipite duarum auſtralis	317	30	7	30	4	B	
3 Borea	319	20	6	20	4	B	☿ &
4 In dorſo duarum	321	30	9	30	4	B	p. ♄
5 Quæ ſequitur	324	0	7	30	4	B	
6 In aliud præcedens	319	20	4	30	4	B	
7 Sequens	223	0	2	30	4	B	
8 In cauda eiuſdem Piſcis	329	20	6	20	4	B	
9 In lino eius prima a cauda	334	20	5	45	6		
10 Quæ ſequitur	336	20	2	45	6	B	♄ &
11 Poſt hanc trium lucidarum præcedẽs	340	30	2	15	4	B	p. ☿
12 Media	343	50	1	10	4	B	
13 Sequens	346	20	1	20	4	A.	
14 In flexura duarum exiguarum borea	345	40	2	0	6	A.	
15 Auſtralis	346	20	5	0	6	A.	
16 Poſt inflexionem	350	20	2	20	4	A.	
17 Media	352	0	4	40	4	A.	
18 Sequens	354	0	7	47	4	A.	♄ p.
19 In nexu amborum linorum	356	0	8	30	3	A.	☿
20 In boreo lino à connexu præcèdens	354	0	4	20	4	B	♄ &
21 Poſt hanc trium auſtralis	353	30	1	30	5	B	♃
22 Media	353	40	5	20	3	B	♃ &
23 Borea triũ & eſt in extremitate caudę	352	50	9	0	4	B	♄
24 In ore Piſcis ſequentis	355	20	21	45	5	B	
25 Auſtralis	355	0	21	30	5	B	
26 In capite trium paruarum ſequens	352	0	20	0	6	B	
27 Media	351	0	19	50	6	B	♃ &
28 Quæ præit ex tribus	350	20	23	0	6	B	p. ♀
29 In auſtrali ſpina trium præcedens pro pe cubitum Andromedẽs ſiiſtrum	349	0	14	20	4	B	
30 Media	349	40	13	0	4	B	
31 Sequens trium	351	0	12	0	4	B	

32 In aluo duarum, quæ borea	355	30	17	6	4	B	
33 Quæ magis in austrum	352	40	15	20	4	B	
34 In spina sequente prope caudam	253	20	11	40	4	B	
Informes circa Pisces							
1 In quadrilatere sub pisce præcedente Borei lateris, quæ præit	324	30	2	40	4		
2 Quæ sequitur	325	45	2	30	4		
3 Australis lateris antecedens	324	0	5	50	4		
4 Sequens	425	40	5	20	4		

In zodiaco igitur sunt stellæ 346. Primæ magnitudinis, 5. secundæ 9 tertiæ 64 quartæ 132. quintæ 106. sextæ 27. nebulosæ 3. & coma quæ Berenices dicta est luminosa, 1. obscuræ, 2. quæ a conone extra numerum consideratæ fuerunt.

PIsces hi sunt, & maior Piscis. Nigidius has Pisces dicit in flumine Euphratre fuisse, & ibi ouum inuenisse miræ magnitudinis, quod voluentes eiecerunt in terram, atque ita columbam insedisse, & post aliquot dies exclusisse eam syriæ, quæ vocatur Venus, maximeq; misericors ad homines pertinebat. quæque multa, quæ ad vtilitatem hominibus verterentur, ea dicitur inuenisse, quam quoniam Sæpius Iupiter a Mercurio laudari, nominarique audiret, quod in Deos religiosa, in homines officiosa diligenter fuit rogata a Ioue, quod sibi optanti tribui postularet, illa ait, vt Pisces, qui suã originem seruassent immortali præmio afficerentur. Iupiter in duodecim signis Pisces siderum splendore decorauit. Vnde syri neque hos pisces edebant & columbas potestatem decorabant. Horum autem alter aquilonius est, alter australis ex aduerso caudis vtrinque positis. Habẽt inter se alligamentum lineum continens usque ad priores pedes arietis. Andromedæ autem humerus dexter Piscis est signum. Huius stellæ sunt 34 tertiæ magnit. 2 quartæ 22. quintæ 3. sextæ 7. informes vero sunt 4. & quartæ magnitudinis omnes.

Pisces sydus 33.

AVST. LATITVDO BOR.



Tabulæ

TABVLÆ TERTIÆ PARS CONTINENS nomina omnium ſiderum, quæ a zodiaco ad polum auſtralem vergunt, vnà cum numero, ordine, Longitudine, Latitudine, Magnitudine, & Natura ſtellarum.

CETVS SIDVS 34. CAP. XXXVII.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 In extremitate naris	11	0	7	45	4	
2 In mandibula ſequens trium	11	0	11	20	3	
3 Media in ore medio	6	0	11	30	3	♄
4 Præcedens trium in genu	3	50	14	0	3	
5 In ocnlo	4	0	8	10	4	
6 In capillamento borea	5	30	6	20	4	
7 In iuba prçcedens	1	0	4	10	4	♄
8 In pectore quatuor præcedẽtium borea	355	20	24	30	4	
9 Auſtralis	356	40	28	0	4	
10 Sequentium borea	0	0	25	10	4	
11 Auſtralis	0	20	27	30	3	♄
12 In corpore trium, quç media	345	20	25	20	3	
13 Auſtralis	346	20	30	30	4	
14 Borea trium	348	20	20	30	3	
15 Ad caudam duarum ſequens	343	0	15	20	3	♄
16 Prçcedens	338	20	15	40	3	
17 In cauda quadrilateri ſequentiũ borea	335	0	11	40	5	
18 Auſtralis	334	0	13	40	5	
19 Antecedentium reliquarum borea	332	40	13	0	5	♄
20 Auſtralis	332	20	14	0	5	
21 In extremitate Septentrionali caudæ	327	40	9	30	3	
22 In extremitate Auſtrali caudæ	229	0	20	20	3	

Super

SVper fluuium,& ſub Ariete & Piſcibus in octaua Sphæra Cetus collocatus eſt. Dicitur autem a Neptuno miſsus ad Cepheum propter inuidiam Nereidis, a qua contra Caſſiopæiam & Andromedam exardeſcebat propter nimiam pulchritudinem. Huic cetui Andromeda propoſita erat quem Perſeus interfecit, & a Ioue in aſtra relatus eſt, vt memoria huius actiouis perpetuò maneret. Inſunt in hoc ſidere ſtellæ 22. tertiæ magnit. 10. quartæ 8. quintæ 4. per cœlum diſtributæ, vt in ſua imagine cernitur.

Cetus ſydus 34.

ORION

ORION SIDVS 35. CAP. XXXVIII.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura
1 In capite nebuloſa	50	20	16	30	Neb.	♂
2 In humero dextro lucida rubeſcens	55	20	17	0	1	♀
3 In humero ſiniſtro	46	40	17	30	2	
4 Quæ ſequitur hanc	48	20	18	0	4	—
5 In dextro cubito	57	40	14	30	4	
6 In vna dextra	50	40	11	50	6	
7 In manu dextra quatuor auſtralium ſequens	59	50	10	40	4	♃ ♄
8 Precedens	59	20	9	45	4	
9 Borei lateris ſequens	60	40	8	15	6	
10 Præcedens eiuſdem lateris	60	0	8	15	6	♃
11 In colorobo duarum præcedens	55	0	3	45	5	♄
12 Sequens	57	40	3	15	5	
13 In dorſo quatuor ad lineam rectam, quę ſequitur	50	50	19	40	4	
14 Secunda præcedens	49	40	20	0	6	♃
15 Tertia præcedens	48	40	20	20	6	♄
16 Quarto loco præcedens	47	30	20	40	5	
17 In clypeo maxime borea ex nouem	43	50	8	0	4	
18 Secunda	42	50	8	10	4	♃
19 Tertia	41	20	10	15	4	♄
20 Quarta	39	40	12	50	4	
21 Quinta	38	30	14	15	4	
22 Sexta	37	50	15	50	3	♃
23 Septima	38	10	17	10	3	♄
24 Octaua	38	40	20	20	3	
25 Reliqua ex his maxime auſtralis	39	40	21	30	3	
26 In baltheo fulgentium trium præcedẽs	48	40	24	10	2	♃
27 Media	50	40	24	50	2	♄
28 Sequens trium ad lineam rectam	51	40	25	30	2	
29 In manubrio enſis	47	10	35	50	3	
30 In enſe trium borea	50	10	28	40	4	♃

31 Media	50	0	29	30	3	♄
32 Auſtralis	50	20	29	50	3	
33 In extremo enſis duarum ſequens	51	0	30	30	4	
34 Præcedens	48	20	30	50	4	♃
35 In ſiniſtro pede clara,& fluuio cõmunis	42	30	41	30	1	♄
36 In Tibia ſiniſtra	44	20	30	15	4	
37 In ſiniſtro calcaneo	46	40	31	10	4	
38 In dextro genu	53	30	33	30	3	

ORion,qui & incola dicitur ante tauri ueſtigia fulget,& dicitur Orion ab urina ideſt ab aquarum inundatione. Tempore.n. hyemis oritur,& tunc mare, & terræ tempeſtatibus inſeſtantur. Hunc Romani iugulam uocarunt, quod ſit armatus, vt gladius ſtellarum luce terribilis,& clariſſimus,qui ſi fulget, ſerenitatem portendit,ſi obſcuratur,tempeſtatem. Hunc Heſiodus inquit Neptuni, & Euriales filium,cui dono datum eſt a Neptuno, vt ſuper fluctus ambularet veluti ſuper terram. Qui cum chium veniſſet Meropē Oenopionis filiam compreſſit,quem Oenopion ob iniuriam obcœcauit,& de finibus ſuis expulit. Ipſe cum Lemnum veniſſet, à Sole dicitur ei lumina reſtituta eſſe,& reuerſus eſt ad Oenopionem,qui cum a ciuibus in terra abſconderetur Oenopion,deſperata eius inuentione Cretam eſt profectus,vbi cum immodicè venaretur,& a Diana corriperetur, ait ſe nullā feram in terris relicturum. Tellus indignata Scorpionem miræ magnitudinis extulit,qui pœnas eius magniloquentiæ ſumeret. Iupiter autem ob virtutem eum in aſtra retulit,qui & Dianæ rogatu Scorpionem pariter inter aſtra collocauit,quorum extra magnitudinem ſtellę quoque eorum ampliſſimæ ſunt. Alij vero dicunt,quod caubriſa quædam Thebis voto petiit,vt filium haberet. At quam Iupiter,Mercurius,& Neptunus hoſpites venerunt,quæ eis hoſtiam imolauit,vt filius ſibi naſceretur cuius bouis pelle detracta Dii in eam minxerunt, & Mercurii iuſſu illa pellis cum vrina terra obrura eſt,ex qua puer natus eſt, quem Orionem vocarunt & in cœleſtium Concilio collocarunt. Quidam autem dicũt Vrionem methimnæum,qui cum plurimum cythara valeret Rex corinthiorum nomine Pyrantus eum dilexit,qui cum a rege impetraſſet,vt ciuitatem arte ſua illuſtraret,& magnum peculium ſibi comparaſſet coniurarunt famuli,cum nautis,vt eum interficerent,quem cum vellent interficere,petiit ab eis,vt ante decantaret. Cum autem Cytharæ ſonus cũ voce eius audiretur. Delphini circum nauim venerunt, ille ſuper unum

ex iis

ex iis se præcipitauit, qui eum sublatum ad regem Pyranthum Corinthū detulit. Delphinus subductis per æstum aquis exanimatus est. Orion autem cum suos casus Pyrantho narrasset, iussit rex Delphinum sepeliri, & ei monumentum faciendum curauit. Post verò aliquantulum temporis nauis, qua Orion deuectus erat corinthum appulit. Nautas cum ad se adduci rex imperasset, & de Orione inquireret eum diem suum obijcē dixerunt. Quibus ille crastino, inquit, die ad Delphini monumentum, iurabitis, eosque custodiri, mandauit, & Orionem ita ornatum sicut se præcipitauerat in monumēto delitescere. Cum autem adducti pro Delphini monumentum iurarent Orionem obijsse, & de monumento prodijsset illi eum videntes obmutuerunt. Ibique regis imperio crucifixi sūt. Deinde Iouis miseratione dicitur Orion cum Delphino inter astra positus. Nigidius autem refert, quodam tempore Iouem cum ceteris Diis apud Musæum Bistoniorum regem hospitio dapsili, copiosoque affectu prædito in hilaritate constituisse, vt in corio tauri, qui tunc immolatus fuerat mingerent, eoque loco in corio terra obruto natus sit Orion, qui factus adolescens digna Deorum forma, & egregia virtute incitatus immortali memoria obtemperabat, quibus ortus dicebatur. Nā cum in celmiō venaretur Dianam irridens contemnebat eius opera, quę in monte constituebat. Itaque Diana Scorpionem misisse dicitur, qui Orionem interficeret. Orion vita priuatus in cœlum relatus est. Habet autem Orion stellas 38. primæ magnit. 2. secundæ 4. tertiæ 8. quartæ 15. quintæ, 3. sextæ. 5. Nebulosa 1.

Orion sidus 35.

FLV-

FLVVIVS SIVE ERIDANVS, VEL MILVS. sidus 36. Cap. XXXIX.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 Quæ in ſiniſtro pede Orionis in principio fluuii	41	40	31	50	4	
2 In flexura ad orus Oriōis maxime borea	42	10	28	15	4	♄
3 Poſt hanc duarum ſequens	41	20	29	50	4	
4 Quæ præit	38	0	28	15	4	
5 Deinde duarum, quæ ſequitur	36	30	35	50	4	
6 Quæ præcedit	33	30	25	20	4	
7 Poſt hæc ſequens trium	29	40	26	0	4	♄
8 Media	29	0	27	0	4	
9 Antecedens trium	26	10	27	50	4	
10 Poſt interuallum ſequens ex quatuor	20	20	32	50	3	
11 Quæ præit hanc	18	0	31	0	4	♄
12 Tertia præcedens	17	30	28	50	3	
13 Antecedens omnes quatuor	15	30	28	0	3	
14 Rurſus ſimili modo, quæ ſequitur ex 4.	10	30	25	30	3	
15 Antecedens hanc	8	10	23	50	4	♄
16 Pręcedens hanc etiam	5	30	23	10	3	
17 Quæ antecedit has quatuor	3	50	23	5	4	
18 Quæ in conuerſione fluuii pectus ceti contingit.	358	30	23	10	4	♄
19 Quæ ſequitur hanc	359	20	34	50	4	
20 Sequentium trium præcedens	2	10	38	30	4	
21 Media	7	10	38	10	4	
22 Sequens trium	10	50	30	0	5	♄
23 In quadrilatero p̄cedentiū duarū borea	14	40	41	30	4	
24 Auſtrina	14	50	43	30	4	
25 Sequentis lateris antecedens	15	30	43	20	4	
26 Sequens earum quatuor	18	0	43	20	4	
27 Verſus ortū coniunctarū duarum borea	27	30	50	20	4	♄
28 Magis in auſtrum	28	20	51	45	4	
29 In reflexione duarum ſequens	31	30	53	50	4	
30 Præcedens	19	10	53	10	4	

31 In reliqua distantia trium sequens	1	10	53	0	4	♄
32 Media	8	16	53	30	4	
33 Præcedens trium	5	10	52	0	4	—
34 In extremo fluminis	353	30	53	30	1	♃

ELuuius subter cetum collocatus est, vt in cœli plaga cernitur, ad quem sinister Orionis pes extenditur, ab aliis padus esse putatur, & ideo ĩter astra collocatus, quod a meridianis partibus dirigere cernitur. Hesiodus autem dixit, eum inter astra collocatum propter Phaetota solis, & Climenis filiũ, qui patris currum ascendisse dicitur. cumque a terra ferreretur altius præ timore in Eridanum fluuium, qui & padus dicitur, cecidit a Ioue fulmine percussus, ex quo omnia flagrare cœperũt, causaq; extinguendi uniuersos amnes immissos esse omneq; mortalium genus interiisse preter Pyrrham & Deucalionem, sororesque Phaethontis flentes in arbores populos versæ sunt, lachrymeq; earum in electrum durare dicuntur Heliadesq; appellatæ. A quibusdam vero Nidus, qui & Gyon existimatur & inter sidera collocatus, quòd a meridianis partibus cursum dirigat. Est autem sidus multarum stellarum splẽdore adornatum & subiacet ei stella quæ canopus dicitur, siue Ptolomæon, quæ maxime splendet, tangit temonem nauis, quæ humillima apparet, quòd circa terrã esse videtur, & nullum sidus inferius apparet, quæ ob id terrestris vocatur. Habet autem stellas 34 primæ magnit. 1. tertiæ 5. quartæ 27. quintæ, 1. per octauam Sphæram ita distributas, vt in sua imagine cerni potest

Fluuius, siue eridanus, sydus 36.



LEPVS

LEPVS SIDVS 37. CAP. XXXX.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura
1 In auribus quadrilateri præcedentium Borea						
2 Auſtralis	43	0	35	0	5	
3 Sequentis lateris Borealis	43	10	56	30	5	♀
4 Auſtralis	44	40	35	40	5	
5 In mento	44	40	36	40	5	
6 In extremo pedis ſiniſtro priore	42	30	39	40	4	
7 In medio corpore	39	30	45	15	4	
8 Sub aluo	48	50	41	30	3	♀
9 In poſterioribus pedibus Borealior	48	10	44	20	3	
10 Quæ magis in Auſtrum	54	20	44	0	4	
11 In lumbo	52	20	45	50	4	
12 In extrema cauda	53	20	38	20	4	♀
	56	0	38	10	4	

LEpus ſub pedibus Anticanis,& Orionis conſtitutus eſt. Hic dicitur Orionis canem fugere venantis. Nam vt venatorem eum finxerunt aliqua de cauſa, ita Leporem ei ad pedes fugientem finxerunt. Quidam negant tam nobilem, tamque magnum venatorem,de quo ante in Scorpionis ſigno diximus, & poſtea in ipſius figura dicemus,oportere Leporem venari. Callimachuſq; accuſat eum,quod cum Dianæ ſcriberet laudes,dicit ea Leporino ſãgui ne gaudere,& eas venari dixerit.Nonnulli a Mercurio inter aſtra collocatum dicunt propter nimiam velocitatem,ſiue quod inter quadrupedes plures pariat, & quoſdã fœtus pariat, quoſdam verò in ventre habeat,ſicut Ariſtoteles teſtatur,qui de animalium generatione conſcripſit.Antiquitus autem dicebatur in inſula Hiero nullum Leporem fuiſſe,ſed quòd ex eorum ciuitate adoleſcens quidam ſtudio generis ab exteris locis Leporem fœminam perduxit, & ad eius partum diligentiſſime,quę opus eſſent,adminiſtrauit.Itaque cum peperiſſet, & complures eius ciuitatis ad ſtudium intendiſſet,& partim pretio,partim beneficio mercati eſſent,omnes Lepores alere cœperunt,quibus cum nihil daretur ad manducãdum impetu facto,omnia cõmederunt,quo facto inſulam calamitas afflixit.Itaque poſtea Leporis figuram inter aſtra collocarunt.

runt. Vt homines meminissent, nihil his exoptandum in vita, si insolenter vtantur lætitia, ex qua dolorem capere posterius cogantur. Habet hoc signum stellas 12. tertiæ 2. quartæ 6. quintæ 4. vt infra in sua imagine facile cernitur.

Lepus ſydus 37.



Canis

CANIS MAIOR SIDVS 38. CAP. XLI.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo. G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura.
1 In ore ſplendidiſſima vocatæ canis cãdẽs	71	0	39	10	1	♃ & ♂
2 In auribus	73	0	35	0	4	
3 In capite	74	40	36	30	4	
4 In collo duarum Borea	76	40	37	45	4	
5 Auſtralis	78	40	40	0	4	♀
6 In Pectore	73	50	42	30	5	
7 In genu dextro duarum Borea	69	30	41	15	5	
8 Auſtralis	69	20	42	30	5	
9 In extremo prioris pedis	64	20	41	20	3	♀
10 In genu ſiniſtro duarum præcedens	68	0	46	30	5	
11 Sequens	69	30	45	50	5	
12 In humero ſiniſtro duarum ſequen	78	0	46	0	4	
13 Quæ præit	75	0	47	0	5	♀
14 In eductione femoris ſiniſtri	80	0	48	45	3	
15 Sub aluo inter femora	77	0	51	30	3	
16 In poplite curis dextri	76	20	55	10	4	
17 In extremo ipſius pedis	63	0	53	45	3	♀
18 In extrema cauda	85	30	50	30	3	
Informes circa Canem.						
1 Ad Septentrionem ad verticem canis	72	50	25	15	4	♀
2 Sub poſterioribus pedibus ad rectam lineam	63	20	61	30	4	
3 Quæ magis in Boream	64	40	58	45	4	
4 Quæ etiam hac Septentrionalior	66	20	47	0	4	
5 Reſidua ipſarum quatuor maxime Borea	67	30	56	0	4	♀
6 Ad occaſum quaſi ad rectam lineam 3. præcedentis	50	20	55	30	4	
7 Media	53	40	57	40	4	
8 Sequens trium	55	40	59	30	4	
9 Sub his duarum lucidarum ſequens	52	20	59	40	2	♀
10 Antecedens	49	20	57	40	2	
11 Reliqua Auſtralior ſupra dictis	45	30	59	30	4	

HIc canis dicitur maior, quod plures habeat ſtellas quam minor, de quo hæc fabula narratur. Icarus a Libero hoſpitio receptus eſt, qui ei utrũ vino plenum dono dedit, iuſſitq;, vt illud per terrarum orbem diſtribueret. Icarus deinde cum in terram Atticam deueniret poſteris hoc ſuauitatis genus tradidit. Paſtores uero cum immoderatius biberent ebrii facti conciderunt. Hi autem cum arbitrarentur Icarum ſibi malum medicamentum dediſſe, eũ fuſtibus interfecerunt. Icaro autem occiſo canis, qui cum eo fuerat Nerea nomine ululans. Erigonæ eins filiæ mõſtrauit, vbi pater inſepultus iaceret, quò cum veniſſet eius corpus ſepeliuit, ipſaque ſe in montẽ Hymettum contulit, ibique laqueo ſibi mortem conſciuit. Tunc dicitur Liber à Ioue petiiſſe, vt Erigonem, & Icarum in Deorum numerum referrent. Iupiter autem eius petitione audita Erigonem ſignum Virginis nominauit. Icarum autem patrem eius Arcturum. Canis autem Icari, qui vlulans ante pedem pendentis Virginis mortuus eſt Aſtricynon nominatur. Habet autem ſtellas 18. primæ magnit. 1. tertiæ 5. quartæ 5. quintæ 7. quæ in cęlo diſpoſitæ ſunt, vt infra, ſua imagine cernitur: informes, 11. ſecundæ magnit. 2 quartæ 9. quæ in imaginem Nauis tranſlatæ ſunt.

Canis maior ſydus 38.

PRO-

PROCYON QVI, ET CANIS MINOR VEL ANTIcantis, vel Canis syrius. sydus 39. Cap. XLII.

	Formæ & nomina stellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1	In crure	78	20	14	0	4	☿ &
2	In fœmore fulgẽs Procyon, seu Canis	83	30	16	10	1	♃ ♂

SYrius stella est huiusmodi, vt cum sol ad illam accedit calor duplicatur, & hominum corpora male afficiuntur. Syrium autem vocatum putant propter flamæ candorem. Latini veram eam caniculam vocant, vnde & dies caniculares dicuntur, quòd quamdiu sol cum illa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacẽtium cumulatur. Nam aut vincitur, aut morbosis vtitur viribus. Hinc est, quòd cum certo tempore oritur nõ semper est noxia. Quidam vero dicunt canem fuisse, quæ Europæ cum dracone custos data est, quam postea Minos accepit. Eãdem postea ob medicinæ causam Procridi dono datam, quem postea cephalus possedit uir Procridis, qui eã ad Thebas duxit ad Vulpem Thebanorum agros infestatem, cui Cani fatum erat, ne ab vllo posset interfici, itemque Vulpi. Iupiter vero Vulpem in lapidem conuertit, & Canem inter astra collocauit. Alij dicunt, quòd cũ hominibus stellæ relinquerent locum missus est legatus Canis ad doloram, quam vt vidit adamauit. Qui cum amore flagraret, neque illa frui posset indies asperius urebatur, calamitate accepta Deos adiutores inuocare cœpit. Tunc Aquilo suos filios misit adolescentes, qui operam Cani traderent. & ipse flatu suo Canis ardorem sedauit, qui flatus etesiæ dicitur, amoris verò memoria remansit. In hoc sidere duæ tantũ stellæ sunt primæ magnit. 1. quartæ, 1. vt infra in sua imagine cernitur

Procyon ſiue Canis minor ſydus 39.



AGVS

ARGVS SIVE NAVIS SYDVS 40. CAP. XLIII.

Formæ,& nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M	Latitudo G.	Latitudo M	Magnitudo	Natura.
1 In extrema nani duarum præcedens	93	40	42	40	5	
2 Sequens	97	40	43	20	3	♄
3 In puppe duarum quæ borea	92	10	45	0	4	♃
4 Quæ magis in auſtrum	92	10	46	0	4	
5 Præcedens duas	88	40	45	30	4	
6 In medio ſcuto fulgens	99	40	47	15	4	♄
7 Sub ſcuto præcedentium trium	88	50	49	45	4	♃
8 Sequens	92	40	49	50	4	
9 Media trium	91	40	49	15	4	
10 In extremo gubernaculo	97	20	49	50	4	♄
11 In carina puppis duarum borea	87	20	13	0	4	♃
12 Auſtralis	87	20	58	40	3	
13 In ſolio puppis borea	93	30	55	30	5	
14 In eodem ſolio trium præcedens	95	30	58	30	5	♄
15 Media	96	40	57	15	4	♃
16 Sequens	99	50	57	45	4	
17 Lucida ſequens in tranſtro	104	30	58	20	2	
18 Sub hac duarũ obſcurarum præcedens	201	30	60	0	5	♄
19 Sequens	104	20	59	20	5	♃
20 Sub dictam fulgentem duarũ præcedẽs	106	30	56	40	5	
21 Sequens	107	40	57	0	5	
22 In ſcutulis & ſtatione mali Borea trium	119	0	51	30	4	♄
23 Media	119	30	55	40	4	♃
24 Auſtralis trium	117	20	57	10	4	
25 Sub his duarum coniunctarum borea	122	30	60	0	4	
26 Auſtralior	122	20	61	15	4	♄
27 In medio mali duarum Auſtralis	113	30	51	30	4	♃
28 Borea	112	40	49	0	4	
29 In ſummo veli duarum Antecedens	111	20	43	20	4	
30 Sequens	112	20	43	30	4	♄
31 Sub tertia quæ ſequitur ſcutum	98	30	54	30	2	♃
32 In ſectione inſtrati	100	50	51	15	2	

33 Inter

33 Inter remos in carina	95	0	63	0	4	
34 Quæ ſequitur hanc obſcura	102	20	64	30	6	F
35 Lucida quæ ſequitur hanc in ſtratione	113	20	63	50	2	♃
36 Ad auſtrum magis intra cariuam fulgẽs	121	50	69	40	2	—
37 Sequentium hanc trium antecedens	128	30	65	40	3	
38 Media	134	40	65	50	3	
39 Sequens	139	20	65	50	2	F
40 Sequentium duarum ad ſectionem præcedens	144	20	62	50	3	♃ —
41 Sequens	151	20	62	15	3	
42 In temone boreo, & antecedente, quæ præit	51	30	65	50	4	F
43 Quæ ſequitur	73	30	65	40	3	♃
44 Quæ in temone reliquo p̃cedit canopus	70	30	75	0	1	
45 Reliqua ſequens hanc	82	20	71	50	3	

POſt Canis magni caudam ſecundum ſtellarum ordinem nauis conſtituta eſt, quam quidam beneficio Mineruæ inter aſtra collocatam, dicunt. Quæque ab ea fabricata eſt, & mare quod antea inuium fuerat hominibus peruium ſuo ingenio fecit, quam notatam in cœlo figurauit, ſed a gubernaculis vſque ad malum. Nonnulli dicunt Danaum Beli filium ex compluribus coniugibus quinquaginta filias habuiſſe, fratrem autem eius Aegyptum totidẽ filios. Danaum autem, & filias eius interficere voluit, vt regnum paternum ſolus obtineret, eaſq; filiis ſuis vxores a patre poposcit. Danaus autem cognita malitia Mineruam inuocauit adiutricem, tunc primum dicitur Minerua nauim feciſſe, quæ Argo appellata eſt. Cum qua Danaus ex Africa Argos profugit. Aegyptus filios ſuos ad proſequendum fratrã miſit. qui poſtquã Argos venerunt patruum impugnare cœperunt. Danaus autem, vt vidit ſe eis obſiſtere non poſſe dedit eis filias ſuas, quę patris iuſſu viros ſuos vna nocte interfecerũt ſola Hypermeſtra Linum ſeruauit: ob id ſanum illis factum eſt, ceteræ verò dicuntur apud inferos in dolium pertuſum aquam infundere. Omnes ſtellæ ſunt in naui 45. Primæ magnit. 1. ſecundæ, 6. tertiæ 8. quartæ 22. quintæ 7. ſextæ, 1. vt infra in ſua imagine cernitur.

Argus siue Nauis sidus 40.



HYDRA SIDVS 41. CAP. XLIIII.

Formæ & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 In capite quinque præcedētium duarum in naribus auſtralis	97	20	15	0	4	
2 Borea duarum & in oculo	98	40	13	40	4	♄ & ♀
3 Sequentium duarum borea, & in occipite	99	0	11	30	4	
4 Auſtralis earum & in hyatu	98	50	14	45	4	
5 Quæ ſequitur has omnes in genu	100	50	12	15	4	
6 In productione cerciuis duarum præcedens	103	40	11	50	5	♄ & ♀
7 Quæ ſequitur	106	40	13	40	4	
8 In flexu colli	111	40	15	20	4	
9 Sequens hanc	114	0	24	50	4	
10 Quæ maxime auſtralis	111	40	17	10	4	
11 Ab auſtro duarum contiguarum obſcura, & borea	112	30	19	45	6	♄ & ♀
12 Lucida earum ſequens	113	20	20	30	2	
13 Poſt flexum colli trium antecedens	119	20	26	30	4	
14 Sequens	124	30	23	15	4	♄ & ♀
15 Media earum	122	0	26	0	4	
16 Quæ in rectā lineam trium præcedit	131	20	24	30	3	
17 Media	133	20	23	0	4	
18 Sequens	136	20	22	10	3	♄ & ♀
19 Sub baſe crateris duarum borea	144	50	25	45	4	
20 Auſtralis	145	40	30	10	4	
21 Poſt has in triquentro præcedens	155	30	31	20	4	
22 Earum Auſtralis	157	50	34	10	4	
23 Sequens earundem trium	159	30	31	40	3	♄ & ♀
24 Poſt coruum proxima caudæ	173	20	13	40	4	
25 In extrema cauda	186	50	17	40	4	
Informes circa Hydram.						
1 A capite ad auſtrum	95	14	13	0	3	
2 Sequens eas, quæ ſunt in collo	124	20	16	0	3	

HYdra ſuper cuius caudam cerùum ſedere dicunt,& in medio vrnam collocatam confirmant, eſt ſignum in auſtrali parte poſitum,cuius caput ad Cancrum vergit,cuius ſintuoſi corporis medietas eſt ſub Leone,& cauda ad Centaurum vſque pertingit,ſuper quem ſedet Coruus,qui Coruus ob id inter aſtra collocatus dicitur,quod in tutela fuerit Apollinis, a quo miſſus ad fontem, vt Diis ad libandum aquam deferret, qui cum vidiſſet arbores groſſos ficus habentes,volans conſedit in eis,donec maturæ fierent, & aquam deferre diſtulit.Paucos autem poſt dies per acto ſacrificio cũ ille ficus comediſſet,& ſe diis peccaſſe ſenſiſſet,iterum ad fontem,vt aquam hauriret,rediit,& ab Hydra exeritus uas uacuum reportauit dicens,exceſſiſſe aquam,quæ fuerat in fonte. Cum autem Apollo cognouit, quòd Coruus ſibi peccauit,prohibuit eum illo tempore aquam bibere,vt Ariſtoteles in libro de Hiſtoria animalium cõſcripſit.Et Iſidorus in naturalibus memoriæ tradidit,vt ipſe peccati pœnas daret,qui & poſtea inter aſtra collocatus eſt. Crater autem in medio angue poſitus eſt caudam autem anguis Coruus appetit roſtro, neque poteſt accedere, vt bibat. Habet autem anguis ſtellas 25.ſecundę magnit. 1. tertiæ 3. quartæ 19. quintæ 1 ſextæ, 1. informes vero duas,ambæ magnitudinis tertiæ.

Hydra sydus 41.



CRATER, SIVE PATERA, VEL VRNA
Sidus 42. Cap. XLV.

	Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo. G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura.
1	In baſi crateris, quæ & Hydræ cõmunis	139	40	23	0	4	♀ & ☿
2	In medio cratere auſtralis duarum	146	0	19	30	4	
3	Ipſarum borea	143	30	18	0	4	
4	In auſtrali circumferentia orificii	150	20	18	30	4	
5	In boreo ambitu	142	40	13	40	4	
6	In auſtrali anſa	152	30	16	30	4	
7	In anſa borea	145	0	11	50	4	

DE cratere, eſti ſatis ſit, quod dictum eſt ante de Hydra, quòd ſcilicet ſit vas, quo ferebat aquã Apollini Coruus, aliud tñ cũ de eo fabulentur, nõ alienum eſſe a noſtro inſtituto id adducere ſtatuimus. Quæ hæc eſt Demiphonte regnante maxima peſtis per illius regnum pene ſubito graſſata eſt, cui cum nullum remedium inueniretur ad Apollinẽ legatos miſit, qui illum conſulerent, qd nam ſibi faciendum eſſet, vt liberarentur, quibus reſpondit ad ſalutem recuperandam opus eſſe, vt quotannis virginem nobilem ſacrifici offerrent. Iuſſit Demiphon vt in vno vaſe omnium nobilium virginum nomina ponerentur præter ſuarum, vt inde duceretur quotannis nomen illius, quæ ſacrificanda eſſet. Hoc primates ægrè tulerũt, ex quibus Mathuſius quidam nomine dixit aperte nolle, vt in illo periculo ſuæ filiæ verſentur, niſi & regis filiæ, vnà periclitarentur. Quo dicto Rex ira percitus iuſſit, vt Mathuſij filia non facta ſortitione interimeretur. quod licet moleſtiſſimum illi contigiſſet, id tamen diſſimulauit, & extrinſecus regem, vt antea coluit. Cum autem tempus vindictæ oportunum cognouit, magnifico conuiuio apparato finxit nuptiis alterius filiæ ſe celebrare velle, & regem inuitauit vnà cum illius filiabus: Rex promittit, filias præmittit, & ſe deinde iturum eſſe confirmat. Mathuſius occaſione vindictæ ſibi cõmoda oblata in quodam cubiculo Regis filias clauſit, & interfecit, & sãguinis illarum partem cum vino miſcuit, & regi tradidit bibendum, quo epoto, Mathuſius rem aperit, quid deinde conſecutũ fuerit nihil attinet dicere. Iupiter autem hoc vas in cęlo collocari voluit, vt hoĩes ĩde diſcerẽt nõ licere reges hoc modo ſuos ſubditos lędere, ĩ hoc ſidere sũt ſtell. 7. magn 4. oẽs diſtributę vt infra in ſua imagine cernitur.

Crater

Crater siue patera vel vrna. sidus 42.



COR-

CORVVS SIDVS 43. CAP. XLVI.

Formæ & nomina ſtellarum.	Longitudo G.	M.	Latitudo G.	M.	Magnitudo	Natura.
1 In roſtro & Hydræ communis	158	40	21	30	3	
2 In ceruice	157	40	10	40	3	♂ &
3 In pectore	160	0	18	10	5	♄
4 In ala dextra	160	50	14	50	3	
5 In ala ſequente duarum antecedens	160	0	12	30	3	
6 Sequeus	161	20	11	46	4	♂ ♄
7 In extremo pede Hydræ communis	163	50	18	10	3	

ETSI vbi dictum eſt de Hydra de coruo etiam ſit dictum, & alia tamen fabella narratur. Dicunt enim quod Coronis Flegiæ filia ſumopere ab Apolline amabatur, & ob id ab eo cõpreſſa, præſtantiſſimum medicum Eſculapium peperit, ipſa quoq; Scinium ſ. calci deperibat, & cum reperiretur quodam die in mutuis amplexibus cum illo iuxta limpidiſſimum quendam fontem a Coruo viſa fuit, & apud Phœbum accuſata, qui Sagitta amantes in ſumma rei voluptate interfecit, ex quo factum eſt, vt inter aſtra coruus collocaretur, vt huius officii ſe memorem, & gratũ Apollo præſtaret, in hoc ſidere ſunt ſtellæ ſeptem tertiæ magnit. 5. quartæ, 1. quintæ, 1. vt in ſua imagine cernitur

Coruus ſydus 43.

CENTAVRVS SIDVS 44. CAP. XLVII.

Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 In capite ex quatuor maximè auſtralis	183	50	31	40	5	
2 Quæ magis in boream	183	20	18	50	5	♀
3 Mediantium duarum præcedens	183	40	20	30	5	&
4 Sequens & reliqua ex quatuor	183	20	20	0	5	♀
5 In humero ſiniſtro, & præcedente	179	30	25	40	3	
6 In humero dextro	189	0	22	30	3	♀
7 In armo ſiniſtro	182	30	27	30	4	♀
8 In ſcuto quatuor præcedentium	191	30	22	20	4	
9 Auſtralis	192	30	23	45	4	
10 Reliquarum duarum quæ in ſummitate ſcuti	195	20	18	15	4	♀
11 Quæ magis in auſtrum	196	50	20	50	4	♀
12 In latere dextro trium præcedens	186	40	28	20	4	
13 Media	187	20	29	20	4	
14 Sequens	188	30	28	0	4	♀
15 In brachio dextro	189	40	26	30	4	♀
16 In dextro cubito	196	10	25	15	3	
17 In extrema manu	200	50	24	0	4	
18 In eductione corporis humani lucens	191	20	33	30	3	♀
19 Duarum obſcurarum ſequens	191	0	31	0	3	♀
20 Præcedens	189	50	30	20	5	
21 In ductu dorſi	185	30	33	50	5	
22 Antecedens hanc in dorſo equi	182	20	37	30	5	♃
23 In lumbis trium ſequens	179	10	40	0	3	♀
24 Media	178	20	40	20	4	
25 Antecedens trium	176	0	41	0	5	
26 In dextra coxa duarum contiguarum præcedens	176	0	46	10	2	♃
27 Sequens	176	40	46	45	4	♀
28 In pectore ſub ala equi	191	40	40	45	4	
29 Sub aluo duarum præcedens	169	40	43	0	2	
30 Sequens	191	0	43	45	3	

31 In

31 In cauo pedis dextri	183	20	51	10	2	♀
32 In ſura eiuſdem	188	40	61	40	2	♃
33 In cauo pedis ſiniſtri	179	40	55	10	4	
44 Sub muſculo eiuſdem	184	30	55	40	4	
35 In ſummo pede dextro priore	181	40	41	10	1	♃
36 In genu ſiuiſtro	197	30	45	20	2	♀
37 Deforis ſub femore dextro	188	0	49	10	3	

CEntaurus dicitur Saturni,& Philiræ filius. Nam Saturnus cũ Iouem filium quæreret in Thracia cum Philira Oceani filia in equum verſus dicitur concubuiſſe,& ex ea Chironem Cẽ taurum natum artis medicinæ inuentorem, ipſamque in ar borem φίλυραν hoc eſt Tliam uerſam eſſe,& habitaſſe Chironem in Pelio monte inter homines æquiſſimum,A quo Aeſculapius medicina, Achil les Cithara,in Aſtrologia Hercules Literis inſtructi ſunt, cuius hoſpitio cum Hercules uteretur,ſicut Antiſthenes dicit e pharetra Sagitta lapſa dicitur pedem eius uulneraſſe,acceptoque uulnere,illum animam exha laſſe,& ab Ioue aſtris illatum eſſe.eſt autem ſignum ad aſpectum ſacrarij unde & ad idem ſacrarium ſacrificare uidetur.Quidam arbitrãtur tene re in ſiniſtra manu arma,& Leporem,in dextero uero beſtiolam,quem θήριον appellatur,& βύρσαν ideſt ut rẽ uini plenum,quo libabat dijs in ſacra rio:habet autem ſtellas 37.Primæ magnit.1.ſecundæ,5.tertiæ,7.quartę 16.quintæ 8.ut infra in ſua imagine cernitur.

Centaurus sidus 44.

LV-

LVPVS SIVE BESTIA CENTAVRI.

sidus 45. Cap. XLVIII.

Formæ, & nomina stellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 In summo pede posteriore ad manum centauri	201	20	24	50	3	
2 In cauo eiusdem pedis	199	10	29	10	3	
3 In armo duarum præcedens	204	20	21	15	4	
4 Sequens	207	30	21	0	4	
5 In medio corpore	106	30	25	10	4	
6 In aluo	203	10	27	0	5	
7 In coxa	208	0	26	0	5	
7 In ductu coxæ duarum borea	206	20	28	30	5	
9 Australis	207	0	20	0	5	♄ & ♀
10 In summo lumbo	208	40	33	10	5	
11 In extrema cauda trium australis	195	20	31	20	5	
12 Media	195	10	30	0	4	
13 Septentrionalis trium	196	20	29	20	4	
14 In ceruice duarum australis	212	10	17	0	4	
15 Borea	212	40	15	20	4	
16 In rictu duarum præcedens	209	0	13	30	4	
17 Sequens	210	0	12	50	4	
18 In priore pede duarum australior	200	30	11	30	4	
19 Quæ magis in boream	199	50	10	0	4	

HAnc fabulam narrat Iupiter in cœlestium Concilio de lupo apud Ouidium cum ad aures nostras percrebuisset, quantis sceleribus homines se obstingerent in terris, e summo cœlo ad humanã speciẽ iter suscipiens visurus nũ sic se res haberet, vt mihi delatum fuit, delabor in terras non facile vobis narrare possem, quæ inuenerim: plura enim inueni, quàm quæ mihi narrata fuerũt. Nam menala transiens ad Lycaonem regem diuertor, & cum vesperi esset apertissima signa dedi, quibus me Deum esse Tyrannus ipse cognoscere, quo facto vulgus me venerari cœpit, sed Lycaon piorum hominũ vota irridere cœpit primũ, sic ipse secũ locutus est. Experiar quidem

ego

ego num ſit mortalis,quæ experientia nullo modo falli poteſt.Parat mihi inopi natã mortem,& ſperat me graui ſomno facile interficere poſſe.Neque hoc conſilio contentus eſt,ſed quendam obſidem de gente Moloſſa oecidit,& eius artus partim aſſos,partim elixos mihi comedendos in cœna tradidit. Quos vbi menſa impoſuit:eius tecta in ipſum dominum vindice flama euerti,ex quo ipſe in ſyluas perteritus profugit. Vbi in Lupum verſus exulat,& eandem ſanguinis ſitim retinet. Hunc in cœlo eſſe voluit Iupiter, vt ibi perpetuo adeſſet monumentum quodquam ei crudelitas diſpliceat,hominibus oſtenderet. Alii vero volunt hanc eſſe uictimam, quam ad altare Cẽtaurus,vt dictum eſt, ferebat.habet autem ſtellas 19. tertiæ magnit. 2. quartæ,11 quintæ 6.diſtribntæ vt infra in ſua imagine cernitur.

Be-

Bestia Centauri siue Lupis sidus 45.



LAR

LAR SIVE THVRIBVLVM, SEV ARA

sidus 46. Cap. XLIX.

Formæ, & nomina stellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1 In basi duarum borea	231	0	22	40	5	
2 Australis	233	40	25	45	4	♀ &
2 In media arula	229	30	26	30	4	p. ♄
4 In foculo trium borèa	124	0	30	20	5	
5 Reliquarum duarum contiguarum australis	228	30	34	10	4	♀ &
6 Borea	238	20	33	20	4	♄ p.
7 In media flamma	224	10	34	10	4	

SAcrarius, qui & Pharum dicitur, est signum nauigantibus contrarium, quòd Scorpionis eaudam sequitur, quod quidam inter astra locatum dicunt, quod in eo Dii primũ mutuo coniurationem fecerũt, cum Iupiter contra Saturnum fecit, quod memoriæ causa non solum astris illatum sed etiam hominibus hoc habere institutum voluit quia in agonibus & Ludis quinquennalibus Coronæ habenrur & fœderis testes adhibentur. Cum autem Iupiter, vt alii volunt, ex gigantibus uictoriam deportasset, in quos omnes Dii coniurarunt, altare in cœlo huius rei monumentum adesse voluit. Cuius stellæ septem sunt quartæ magnit. 5. quintæ duæ, dispositæ vt infra in sua imagine cernitur.

Lar ſiue Thuribulum, vel ara ſydus 46



CORONA AVSTRINA, QVAE ET ROTA Ixionis ſidus 47. Cap. L.

	Formæ, & nomina ſtellarum	Longitudo G.	Longitudo M	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1	Quæ ad ambitũ auſtralem foris præcedit	242	30	21	30	4	
2	Quæ hanc ſequitur in corona	145	0	21	0	5	♄
3	Sequens hanc	246	30	20	20	5	
4	Quæ etiam ſequitur	248	10	20	0	4	
5	Poſt hanc ante genu Sagittarij	249	30	18	30	5	
6	Borea in genu lucens	250	40	17	10	4	♄
7	Magis borea	250	10	16	0	4	♀
8	Adhuc magis in boream	249	50	15	20	4	
9	In ambitu borea duarum ſequens	248	30	15	50	6	
10	Præcedens	248	0	14	50	6	♄
11	Ex interuallo præcedens has	245	10	14	40	5	♀
12	Quæ etiam hanc autecedit	243	0	15	50	5	
13	Reliqua magis in auſtrum	242	30	18	30	5	

CoronAm auſtralem eandem eſſe cum boreali nonnulli uolunt. Alii uero ut Picolominęus, uolunt eſſe coronam Bacci, quam dono a Venere acceperat, qui cum ad inferos deſcenderet & matrem inde reuocaret, eam in limine poſuit quam cum rediret cum matre, ſecum aſportauit, & inter ſidera colloca uit, vt ibi matris liberationis memoria perpetuo permaneret, quę quidem non eadem eſt cum Ariadnę corona licet, & illam Venus Ariadnę dono dederit. De hac fortaſſe, & illnd addi poteſt, quod apud Natalem comitem legitur, vbi de Theſeo verba facit: Memorię prodidit Theopompus, Minoem, cum Theſeum, reliquanque iuuenum Atheniensium manum accepiſſet, peribęu amore captæm fuiſſe, cuius libidini cũ Theſeus aduerſaretur, ira commotus Minos, & alias multas contumelias dixit in Theſeum, & illum Neptuni negauit eſſe filium. His addidit prętterea, quòd non poſſet eum gemmam, quam geſtabat, ſi in mare abieciſſet, ſibi reſtituere. Deinde cum ea dixiſſet, gemmam in profundiſſimum gurgitẽ maris abiecit: quo tempore memorãt Theſeum cum

illa

illa gemma,& corona quadam ab Amphitrite dono accepta emersisse: quam coronam ad perpetuam eius facinoris memoriam inter sidera, relatam a Neptuno fuisse inquiunt. Sin autem est ixionis rota,ixionis fabula satis nota est. In hoc sidere sunt stellę, 13.quartę magnitudinis, 5. quintę, 6. sextę 2. sic dispositę in firmamento, vt infra, in sua imagine cernitur.

Corona austrina, quæ & rota Ixionis sidus 47.



Piscis

PISCIS AVSTRINIS, SIVE NOTIVS sidus 48. Cap. LI.

	Formæ, & nomina stellarum	Longitudo G.	Longitudo M.	Latitudo G.	Latitudo M.	Magnitudo	Natura.
1	In ore, atq; eadẽ, quæ in extrema aqua	300	20	23	0	1	♀ ♂
2	in capite trium præcedens	294	0	21	20	4	♀
3	Media	297	30	22	15	4	♄
4	Sequens	299	0	22	30	4	
5	Quæ ad branchiam	297	40	16	15	4	
6	In spina australi, atque dorso	289	30	19	30	5	
7	In aluo duarum sequens	294	30	15	10	5	♄
8	Antecedens	292	10	14	30	4	
9	In spina Septentrionali sequẽs trium	288	30	15	15	4	
10	Media	285	10	16	30	4	
11	Præcedens trium	284	20	18	10	4	♄
12	In extrema cauda	284	20	22	15	4	
	Informes circa Piscem notrum.						
1	Precedentium piscem lucidarum quę anteit	271	20	22	20	3	
2	Media	274	30	22	10	3	
3	Sequens trium	277	20	21	0	3	♄
4	Quæ hanc præcedit obscura	275	20	20	50	5	
5	Ceterarum ad Septentrionem austra	277	10	16	0	4	
6	Quæ magis in boream	277	10	14	50	4	

PIscis magnus, cuius nepotes sunt pisces, qui in circulo zodiaco constituti sunt, dicitur inter astra collocatus, quòd decidẽs in Boeth stagnum Phacetis Veneris filia in piscem sit transfiguruta, quam syri deam nominauerunt. Alii uerò dicunt, quod de stagno filium Veneris liberauerit, ex quo Syri pisces argenteos in templo sacrauerunt. In hoc signo sunt stellæ, 12 primæ, 1. quartæ magnit. 9 quintæ 2. informes verò sunt, 6. tertiæ magnit 3. quartæ, 2. quintæ 1. distributæ per cœlũ vt infra, & in sua figura cernitur.

Piſcis auſtrinus, ſiue notius ſidus 48.



In

In parte igitur Australi sunt stellæ 316. primæ magnit. 7. secundæ 18 tertiæ 60. quartæ 168. quintæ 53. sextæ, 9. Nebulosa 1. ut ex superioribus facile patet.

Formæ stellarum, quę in imaginibus reperiuntur.

- Primæ magnitudinis
- Secundæ
- Tertiæ
- Quartæ
- Quintæ
- Sextæ
- Nebulosæ
- Obscurę

Qui facit Arcturum, & Oriona & Hyadas, et interiora austri. Iob. ix.

CORRECTIO, ET DIGRESSIO IN Stellas Australes.

NE quis miretur, me posteriores duas stellas Lupi longe in alia Longitudine collocasse, atq; Copernic⁹ & peritissimus Clauius collocauit. nullo. n. modo esse possent in prioribus pedibus, si illā Lōgitudinē haberēt: essent. n. post Lupi terga lōge distantes, eas igitur collocaui vbi Ptolomeus esse testatur. Ptolomeo. n. stella 18. Lupi est in G. 27. 10ⁱ ♎ primi mobilis a qua Lōgit si subducatur G. 6 40ⁱ (tātū. n. distat prior stella in cornu Arietis, a puncto ęquinoctiali a qua nostra lōgitudo mitiū sumit) residuū est G. 20. 30ⁱ ♎ octauæ sphæræ, ex quo fit vt eius longitudo sit G. 200. 30ⁱ, & stella, 19. apud Ptolomeū est in G. 26. 30ⁱ ♎ a quibus si distantia prioris stellę in cornu V subtraxeris reliquum erit G. 19 50ⁱ Lōgit. igitur G. 199. 50ⁱ. & ita in tabulis correximus & adducor, vt credam, veram esse Ptlomęi Longitudinem, quod in imagine quadrat, vt in ea videre licet.

Illud ēt hic lectorē admonitū uolo, ꝙ licet hic tātūmō 48. imagines posuerim, nō tñ assentior iis, qui vltra canopū vsq; ad polū antarcticum nullā stellā reperiri confirmant. id. n. est & rōni, & auctoritati eorū, qui illac nauigarunt contrariū. Nā licet Ptolomęus 1022 stellas, ut superi⁹ distributas in imagines tantū uiderit, & obseruauerit, nō tñ inde sequitur, ut nōnulli confirmare uidentur, nullas in illis locis adesse, Nā & polus illic adest, quē nūq̄ uidit Ptolomeus, neq; in Aegypto existens uidere potuit quisquā, aut uidere pōt. Nā ut Vergilius noster p̄clare *at illum.*

Sub pedibus stix atra videt, manesque profundi.

At rationi cōsentaneum est, & illic stellas adesse. nam si apud polum nostrum arcticum, de quo idem Vergilius dixit.

Hic

Hic vertex nobi semper sublimis

multæ reperiuntur stellæ, & idem in qualibet parte cœli, quæ a nobis cernitur, apparet, inde sequitur, vt cum cęlum sit eiusdem generis corpus, sit quoque in omni sua parte eiusdem conditionis. Prętterea vel stellæ cõducunt hoibus ad cõmodã habitationẽ, vel non, non conducere, si quis dixerit, eum iudicarem longè ab ipsa veritate alienum. Sin autem conducit meritò queri possent illi, qui in illis habitant regionibus, quod sibi negatum esset illud lumen, & illud beneficium, quod ceteris omnibus gentibus esset donatum. At quid attinet rationes quærere vbi adest auctoritas doctissimorum uirorum, qui illic stellas se uidisse confirmant? Quædam enim charta apud me est olim hic Venetijs edita anno scilicet 1530. in qua multæ adsunt stellæ prope polum antarcticum ab Andrea corsali florentino uisæ & obseruatæ dum illac ad indos nauigaret. Illas tamen hic non apposuimus, quod illarum certam Latitudinem, neque Longitudinem, neque Magnitudinem inde capere nõ potuimus, in posterum tamen si quid certum de illis ex nauigationibus colligere potero, curabo ut id cum aliis stellis in lucem prodeat.

Tantam cepi uoluptatem in his cœlestibus corporibus describendis non uerbis solum, & fabulis, sed lineis, & figuris, ut facere non possim, quin in hoc quinto nostrę nauigationis portu aliquantulum conquiescam, ut hac uoluptate diuitius utar antequam quę difficiliora, & magis laboriosa sunt aggrediamur, quę ob id robustiores uires, quę in quiete renouantur postulant, hic igitur huic quinto libro finem imponamus.

∴

QVINTI LIBRI FINIS.

THEA-

THEATRI MVNDI ET TEMPORIS

Liber Sextus.

IOANNE PAVLO GALLVCIO SALOENSI AVCTORE.

LIBRI SVMMA.

Traditur quomodo stellarum naturæ dignoscantur, earundem Longitudines reperiantur, et qua ratione declinationes traditur, & arcus Eclipticæ coascenders cum alicuius stellæ rectæ ascensione, & qua via in cœlo dignoscantur, & illarum obliquæ ascensio, atque descensio prosequatur, & cum quo gradu Eclipticæ quælibet stella oriatur, vel occidat obliquè, & quota hora id accidat, quomodo distãtia inter duas stellas cognoscatur & quomodo octauaſphæra solida fabricetur, quæ perpetua futura sit.

DE STELLARVM NATVRIS DIGNOscendis. Caput I.

STellarum naturas ex earundem coloribus dignosci omnes periti confitentur. Diligenter enim singulorum planetarum coloribus consideratis, iisdẽ pariter in singulis stellis cognitis, quæcũque Saturni colorem referunt, eas Saturnias esse contendunt, & sic de ceteris. Stellæ igitur quæ candidum, & splendidum colorem habent, Iouis naturam habere dicuntur. Quæ vero colorem clarum fulgentem, & ad rubedinem declinantem habent, Solis naturam præseferre existimantur. Quæ splendidissimæ sunt, & buxi colorem referunt, Venereæ habentur. Quæ candidæ sunt, sed pallentes & hebetis luminis Lunæ naturam habent. Rubræ martiales habentur, vt quæ plumbeæ Saturniæ. Si sunt splendidæ sed cinericiæ, Mercuriales sunt. Nubilosæ Lunæ, & ☿ naturam referunt, vt tenebrosæ Lunæ, & Saturni similes habentur. Hos colores si miscueris naturas quoque permiscendas existimant.

QVOMODO STELLARVM LONGITVDINES AD aliquod certum tempus inueniatur. Cap. II.

CVM octaua Sphæra ratione nonæ in præcedentia quotlibet centum annis moueatur, idque super zodiaci polis inde fit, vt stellæ fixæ non semper in eadem longitudine positæ sint, licet semper eandem seruent Latitudinem, vt omnes periti confirmant: sciendum ergo est, quòd stellarum longitudines superiùs inscriptæ incipiunt ab illa stella, quæ in cornu Arietis præcedit quemadmodum Nicolaus copernius obseruauit. Quod aliter se habet in Ptolomæi obseruationibus, qui ab æquinoctio verno initium sumpsit, a quo loco illa stella, quæ Copernico est longitudinis initium, vt in magna constructione videre licet, distabat cum Ptolomæus obseruabat G. 6 40'. Hæc autem distantia huius stellæ quotidiana ab æquinoctio verno æquinoctiorum præcessio ab artificibus nuncupatur. Quæ cũ sit diuersa diuersis temporibus, vt lectores labore leuaremus, ex Magini tabulis desumpsimus eã partem, quę infra est, diuersis futuris temporibus accommodata. Vt igitur quolibet tempore futuro, dum scilicet tabula durat, scias stellarum veras longitudines, longitudines in superioribus tabulis inuentas collige cum præcessione æquinoctiorum tui anni, & veras stellarum longitudines habebis. Exempli gratia scire uolo veram longitudinem stellæ præcedentis in cornu Arietis anno 1588. & in fine anni. Primum video eius longitudinem in superioribus tabulis esse nullam, cum ipsa sit longitudinis initium, inquiro deinde quanta sit æquinoctiorum præcessio in sequenti tabula, quæ est G. 27. 58' 36''. tantum igitur distat hæc stella ab æquinoctio verno. Sin autem scire volueris quantum canis distet, iunge Grad. 71. quæ est eius lõgitudo in superioribus tabulis, præcessioni æquinoctiorum, & erunt G. 98. 58' 36''. Quod faciendum est, & alijs temporibus futuris addita scilicet æquinoctiorũ præcessione illi anno in sequẽti tabula congruenti. Sin autem id scire volueris non in fine anni, sed temporibus intermediis sumpta parte proportionali ex annuo motu, qui pariter in sequẽti tabula inscriptus est. Vt exempli gratia scire volo canis longitudinem primo Iunii 1589. addita præcessione æquinoctiorum suæ longitudini in superioribus tabulis inuentę videndus est annuus motus illius anni, qui est 35'' per auream regulam sic institute rationem

Duodecim menſibus debentur 35^{ii}. quod debebuntur menſibus, 5.

5
175
Partire per 12
14^{ii} | 7^{ii}
multiplica per 60
420
partire per 12
fiunt 35^{iii}

Adiunge igitur hæc ad ſuperiora ſic 98.58^{i}36^{ii}
14.35^{iii}
fiunt 98.58^{i}50^{ii}35^{iii}.
Canis igitur erit in dodecatemorii ♋. G. 8.58^{i}50^{ii}35^{ii}.

Sin autem nullo pene, vel paruo cum errore hanc partem proportionalem habere volueris quolibet menſi adde 3^{ii}. idq; ab hinc vſque ad annum 2000. poſt Chriſtum Dominum & amplius. Tertia n in hac re nullo pene cũ errore ommitti poſſunt.

hæc ſatis de vera ſtellarum longitudine.

Præcessio æquinoctiorum ad infrascriptos annos Gregorianos post Christi Dñi Natiuitatẽ.

Anni post Chrm	Præcessio æquinoctij verni				Mot. ann.
	S	P	I	II	
1588	0	27	58	36	35
1589	0	27	59	11	
1590	0	27	59	46	
1591	0	28	0	21	
1592	0	28	0	56	
1593	0	28	1	31	
1594	0	28	2	6	
1595	0	28	2	41	34
1596	0	28	3	16	35
1597	0	28	3	50	
1598	0	28	4	25	
1599	0	28	5	0	
1600	0	28	5	35	
1601	0	28	6	10	
1602	0	28	6	45	
1603	0	28	7	20	
1604	0	28	7	55	34
1605	0	28	8	29	35
1606	0	28	9	4	
1607	0	28	9	39	34
1608	0	28	10	13	35
1609	0	28	10	48	
1610	0	28	11	23	
1611	0	28	11	58	34
1612	0	28	12	32	35
1613	0	28	13	7	
1614	0	28	13	42	
1615	0	28	14	17	34
1616	0	28	14	51	35
1617	0	28	15	26	
1618	0	28	16	1	34
1619	0	28	16	35	35
1620	0	28	17	10	
1621	0	28	17	45	34
1622	0	28	18	19	35
1623	0	28	18	54	34
1624	0	28	19	28	35
1625	0	28	20	3	34

Anni post Chrm	Præcessio æquinoctij verni				Mot. ann.
	S	P	I	II	
1626	0	28	20	37	35
1627	0	28	21	12	34
1628	0	28	21	46	35
1629	0	28	22	21	
1630	0	28	22	56	34
1631	0	28	23	30	35
1632	0	28	24	5	34
1633	0	28	24	39	35
1634	0	28	25	14	34
1635	0	28	25	48	35
1636	0	28	26	23	34
1637	0	28	26	57	35
1638	0	28	27	32	34
1639	0	28	28	6	35
1640	0	28	28	41	34
1641	0	28	29	15	35
1642	0	28	29	50	34
1643	0	28	30	24	35
1644	0	28	30	59	34
1645	0	28	31	33	35
1646	0	28	32	8	
1647	0	28	32	43	34
1648	0	28	33	19	35
1649	0	28	33	52	34
1650	0	28	34	26	35
1651	0	28	35	1	
1652	0	28	35	36	34
1653	0	28	36	10	35
1654	0	28	36	45	34
1655	0	28	37	19	35
1656	0	28	37	54	34
1657	0	28	38	28	35
1658	0	28	39	3	34
1659	0	28	39	37	35
1660	0	28	40	12	
1661	0	28	40	47	34
1662	0	28	41	21	35
1663	0	28	41	56	34

Anni post Chrm	Præcessio æquinoctij verni				Mot. ann.
	S	P	I	II	
1664	0	28	42	30	35
1665	0	28	43	5	
1666	0	28	43	40	34
1667	0	28	44	14	35
1668	0	28	44	49	
1669	0	28	45	24	34
1670	0	28	45	58	35
1671	0	28	46	33	34
1672	0	28	47	7	35
1673	0	28	47	42	
1674	0	28	48	17	34
1675	0	28	48	51	35
1676	0	28	49	26	
1677	0	28	50	1	34
1678	0	28	50	35	35
1679	0	28	51	10	34
1680	0	28	51	44	35
1681	0	28	52	19	
1682	0	28	52	54	34
1683	0	28	53	28	35
1684	0	28	54	3	
1685	0	28	54	38	34
1686	0	28	55	12	35
1687	0	28	55	47	34
1688	0	28	56	21	35
1689	0	28	56	56	
1690	0	28	57	51	34
1691	0	28	58	5	35
1692	0	28	58	40	
1693	0	28	59	15	
1694	0	28	59	50	34
1695	0	29	0	24	
1696	0	29	0	59	
1697	0	29	1	34	
1698	0	29	2	9	34
1699	0	29	2	43	35
1700	0	29	3	58	
1701	0	29	3	53	

Præcessio equinoctiorum ad infrascriptos annos Gregorianos post Christi Dñi Natiuitatē.

Anni post Chrīm	Præcessio æquinoctij verni S	P	I	II	Mot. ann.
1702	0	29	4	28	
1703	0	29	5	3	34
1704	0	29	5	37	35
1705	0	29	6	12	
1706	0	29	6	47	
1707	0	29	7	22	
1708	0	29	7	57	
1709	0	29	8	32	
1710	0	29	9	7	
1711	0	29	9	42	
1712	0	29	10	17	
1713	0	29	10	52	
1714	0	29	11	27	
1715	0	29	12	7	
1716	0	29	12	37	
1717	0	29	13	12	
1718	0	29	13	47	
1719	0	29	14	22	
1720	0	29	14	57	
1721	0	29	15	32	
1722	0	29	16	7	
1723	0	29	16	42	
1724	0	29	17	17	36
1725	0	29	17	53	35
1726	0	29	18	28	
1727	0	29	19	3	
1728	0	29	19	38	
1729	0	29	20	13	35
1730	0	29	20	48	
1731	0	29	21	23	
1732	0	29	21	58	36
1733	0	29	22	34	33
1734	0	29	23	9	

Anni post Chrīm	Præcessio æquinoctij verni S	P	I	II	Mot. ann.
1735	0	29	23	44	
1736	0	29	24	19	
1737	0	29	24	54	
1738	0	29	25	29	36
1739	0	29	26	5	35
1740	0	29	26	40	
1741	0	29	27	15	36
1742	0	29	27	51	35
1743	0	29	28	26	36
1744	0	29	29	2	35
1745	0	29	29	37	36
1746	0	29	30	13	35
1747	0	29	30	48	36
1748	0	29	31	24	35
1749	0	29	31	59	36
1750	0	29	32	35	35
1751	0	29	33	10	36
1752	0	29	33	46	
1753	0	29	34	22	35
1754	0	29	34	57	36
1755	0	29	35	33	
1756	0	29	36	9	
1757	0	29	36	45	35
1758	0	29	37	20	36
1759	0	29	37	56	
1760	0	29	38	32	
1761	0	29	39	8	35
1762	0	29	39	43	36
1763	0	29	40	19	
1764	0	29	40	55	
1765	0	29	41	31	
1766	0	29	42	7	35
1767	0	29	42	42	36

Anni post Chrīm	Præcessio æquinoctij verni S	P	I	II	Mot. ann.
1768	0	29	43	18	
1769	0	29	43	54	
1770	0	29	44	30	
1771	0	29	45	6	
1772	0	29	45	42	
1773	0	29	46	18	
1774	0	29	46	54	
1775	0	29	47	30	
1776	0	29	48	6	
1777	0	29	48	42	37
1778	0	29	49	19	36
1779	0	29	49	55	
1780	0	29	50	31	36
1781	0	29	51	7	
1782	0	29	51	43	37
1783	0	29	52	20	
1784	0	29	52	56	
1785	0	29	53	22	37
1786	0	29	54	9	36
1787	0	29	54	45	37
1788	0	29	55	22	36
1789	0	29	55	58	37
1790	0	29	56	35	36
1791	0	29	57	11	37
1792	0	29	57	48	36
1763	0	29	58	24	37
1794	0	29	59	1	36
1795	0	29	59	37	37
1796	0	29	0	14	
1797	0	29	0	51	
1798	0	29	1	28	36
1799	0	29	2	4	37
1800	0	29	2	41	

QVA RATIONE STELLARVM DECLINATIO habeatur. Cap. III.

HAbita ſtellarum longitudine reliqua perſequemur neceſſaria ad ſtellarum declinationem cognoſcendam.cum longitudine igitur ſtellæ tabulam declinationis generalem ingredien dum eſt,in cuius latere ſiniſtro ſunt gradus longitudinis, ſi nomen ſigni in fronte tabulæ repertum fuerit, in latere verò dextero, ſi nomen ſigni in calce fuerit, & numerum e regione poſitum eius gradus occurrentem (qui Arcus inſcriptus eſt) ſeorſum notabis cum denominatione ſua Septentrionali, ſi longitudinis ſtellæ ſignum fuerit Septentrionale, vel meridiana,ſi meridianum fuerit. Hic autem arcus, eſt circuli portio latitudinis per ſtellam incedentis inter æquinoctialem,& eclypticam comprehẽſa.Debes etiam notare numerum multiplicandum gradui ſtellæ e regione poſitum. His ita paratis,& conſtitutis,debes arcui ſeruato latitudinem ſtellæ,cuius declinationem quęris in ſuperioribus tabulis inuentam adiungere, ſi eandem cũ ipſo arcu denominationem habuerit, eritque aggregatum eius denominationis cũ vtriſq;, aut alterũ ex altero deme,latitudinem ſcilicet ex arcu dicto, aut arcũ ex latitudine,ſi diuerſarũ fuerit denominationũ.Reſiduũ vero erit eiuſdem denominationis, cuius erit id, a quo ſubtractio facta eſt. Hic animaduertendum eſt, quòd quoties numerus aggregatus exceſſerit 90.tum minuendus eſt ex ſemiarcu ſcilicet 180.& reliquo ex ſubductione tibi vtendum eſt. Hoc igitur aggregatum,vel reſiduum,ſi quod fuerit,erit arcus circuli Latitudinis ſtellę inter ęquatorum, & verum locum ſtellę contentus. Nam ſi nullum eſſet huiuſmodi reſiduum,quod euenit,cum ſtellæ Latitudo, & arcus circuli Latitudinis inter æquinoctialem,& eclipticam ęquales ſunt, ſed diuerſarum denominationum. Tunc ſtella quidem nullam habet ab æquinoctiali declinationem, ſed in ipſo æquinoctiali eſt.Per ſinum igitur rectum huius ſic inuenti arcus multiplicabis numerum multiplicãdum ſuperius ſeruatum,& a producto quinque primas figuras verſus dexteram reijciſſes, vnitate adiuncta relictis,ſi reiect figuræ plus 50000 denotauerint. Hoc enim modo ſinum rectum declinationis ſtellæ cognoſces, cuius arcum tabula ſinuũ tibi oſtendet, qui arcus erit declinatio ſtellæ quę ſita, & eandem ſortietur denominationem, quam habuit ſupradictum aggregatum, vel reſiduum. Iam igitur, vt exemplum aggrediamur, vt doctrina illuſtrior fiat. Sit nobis propoſitum inuenire canis declinationem, cuius ueram lõgitudinem ſuperius inuenimus cadere in G.8.58^{i}.30^{ii}.

6.9&

69 & latitudinem G 39.10^{i}. Cum longitudine igitur tabulam declinationum generalem ingredior, & cum signum, sit in calce tabulę dextrorsum reperio Gradum octauum, cui respondent e regione G.23.18^{i}. arcus, & numerus multiplicandus, 99844. quibus numeris adhibenda est pars proportionalis cum supersint Minuta 59^{i}. si secunda 36. pro vno minuto sumpseris, quam vt inuenies, sic tibi agẽdum est. Primum vide differentiam arcus inter 8.G.& 9.quæ est 3^{i}. decrescentia & vni gradui conuenientia sic igitur ratiotinationem constitue.

Si G.1. debentur minuta 3^{i}. quot debentur minutis 59

60^{i}

3

177

partire per 60

Pars proportionalis pro 59 2^{i}|57^{ii}

Quòd per tabulã sexagenariam in fine libri positam facilius efficere poteris. Hæc si subducantur ex superiori arcu G. 23. 15^{i}. omissis secundis cum pauciora sint, quàm 30. quæ tunc pro uno integro sumenda essent si 30^{i} excederent. Quod fecimus de arcu, idem de numero multiplicando facien dum est. Primum scilicet inuenienda est differentia, quæ est inter gradum, 8.& 9.quæ competit scilicet vni Gradui, & videndum est, quæ pars competat 59^{i}, quæ G.8.adhærent hoc modo.

Si minutis, 60. competat 41. quot competent minutis 59

41

59

236

241|9

Numerus multiplicandus deducendus |40|19

His deductis numerus multiplicandus est 99804

Arcui vero superiùs correcto subducto ex stellę Canis Latitudine quod diuersę denominationis sunt hoc modo.

Canis latitudo G.39.10^{i}

Arcus G.23.15

Arcus meridianus G 15.55^{i}

Huius autem arcus inueniendus est sinus rectus in tabula sinuum, qui est 16454. Hic sinus multiplicandus est in superiorem numerum multiplicandum qui est

99804
16454
399216
499020
399216
598824
99804
16421|7|5016

Ab hoc numero reiicio primas quinque figuras ſed relictis additur vnitas ſi reiectæ figuræ plus 50000 denotauerint,vt in hoc exemplo erunt cũ vnitate adiunta 16422. cuius numeri arcus eſt in tabula ſinuũ G.15,53[i]. tanta igitur eſt Canis declinatio, & Auſtralis.

QVO PACTO STELLARVM RECTA ASCENSIO inueſtigetur. Cap. III.

ASceſio recta,quam in hoc capite quęrimus, latè quidem patet,& multas opportunitates habet:non enim tantum valet quantum ſuum nomen ſignificare videtur, ſed multo plus Non enim ſolum docet,cum quo gradu ęquatoris ſtellæ rectum horizontem aſcendãt,ſed cum quo deſcendant,& cum quo ad cęli mediũ,& in obliqua Sphęra perueniat,& hoc illud eſt maximè, quod in hoc libro ſtudioſum lectorem ſcire velim, vt noctu in cœlo ſingulas ſtellas a nobis ſuperiùs deſcriptas dignoſcere poſſit. Hęc igitur omnia ſibi familiaria reddat,vt abſque labore, & moleſtia in diuinis operibus contemplandis verſetur.cum ſtudium non ſit, vbi illa cœleſtis Venus non adeſt. Omnia igitur pręcepta memoria ſępienda ſunt diligenter. Ingredere igitur tabulam generalem mediationum cęli(quam infra habebis)cum vero loco Longitudinis ſtellę,& arcum æquatoris e regione eius repertum ſeorſum ſcribe cum numero multiplicando,arcum ęquatoris voco illum,qui in tabula radix aſcenſionum inſcribitur. Hic autem arcus nihil aliud eſt,quàm ęquatoris portio inter principium Arietis,& circulum Latitudinis ſtellę comprehenſa.Deinde cum ſtellę declinatione ingredere tabulam fœcundam,& numerum ibi repertum duc in numerum multiplicandum,quem ſeruandum dixi,& a producto primas quinque figuras verſus dexteram abijce,& reſiduus numerus ſolus, aut cum vnitate,ſi abiectę figurę plus 50000. ſignificauerint, erit ſinus rectus cuiuſdam arcus ęquatoris intercepti a circulo Latitudinis, &

circulo

circulo declinationis per verum ſtellæ locum tranſeuntibus. Quære igitur arcum eius per tabulam ſinuum,& illum adde radici aſcenſionū, ſi verus locus ſtellæ fuerit in medietate eclipticæ deſcendenti,quæ ſcilicet ab initio cancri incipit vſque ad initium Capricorni per libram incedendo, & ſtella ipſa habuerit declinationem Septentrionalem, aut ſi ſtella fuerit in medietate aſcendenti, quæ eſt ab initio Capricorni vſque ad initium Cancri per Arietem cum declinatione meridiana. Sin autem fuerit in medietate deſcēdenti cum declinatione meridiana,aut in medietate aſcendenti cum Septentrionali declinatione,minue prædictum arcum a radice aſcenſionum:ſic enim fiet, vt numerus aſcenſionis rectæ computatus ſit in æquatore ab Arietis initio.

Quam cōputandi rationem vt ante oculos habeas in hāc tabulā digeſſi.

- Stella eſt aut in medietate.
  - Aſcēdente cum lat.
    - Boreale minue de radice aſcenſionis
    - Auſtrali } Adde radici aſcenſionis.
  - Deſcendente cum lati.
    - Boreali } Adde radici aſcenſionis.
    - Auſtrali,minue de radice aſcenſionis

Quod ſi quando acciderit, vt ſubtractio fieri nequeat adiungendus eſt integer circulus 360 graduum dictæ Aſcenſionum radici, vt ab aggregato ſubtractio fiat. Ad hæc ſi ſtella nullam habuerit declinationē tradix aſcenſionum erit ſtellæ recta aſcenſio. Illud demum animaduertendum eſt,quòd cum quilibet ſinus rectus minor ſinu quadrātis duos habeat arcus,vnum ſcilicet minorem quadrante, alterum autem maiorem eo,tunc quidem accipiendus eſt arcus minor quadrante, quando arcus circuli Latitudinis per ſtellam tranſeuntis, qui inter æquatorem & verum locum ſtellæ comprehēditur,minor quadrante circuli exiſtit. Tunc autē maior dum ille quadrantem ſuperabit.Vt igitur hæc doctrina facilior fiat illuſtretur exemplo.& eadem ſtella Canis repetatur. Quā eſſe ſuperiùs diximus in G.6.38ⁱ.♋ cum hoc igitur gradu ingredior tabulam cœli mediationum generalem,& inuenio ei reſpondere pro ra-

dice aſcenſionum G. 98. 15^{i}. idque cum duplici introitu, & numerus multiplicandus pariter cũ duplici introitu eſt 3741. huius ſtellæ declinatio meridiana eſt G. 15. 53^{i}. quibus duplici introitu per tabellam fœcundam inuenio multiplicatorem 28454. quem numerum duco in ſuperiorem multiplicandum hoc modo

Multiplicator	28454
Multiplicandus	3741
	28454
	113816
	159178
	85362
productus	1064|46414

Ex producto numero reijcio primas quinque figuras dextrorsũ, nõ addita tamẽ vnitate, quòd numerus reiectus nõ ſignificat plus 50000. Relicti igitur numeri arcus eſt G. 1. 1^{i}. quem ſi minuis de radice aſcẽſionum, reliquum eſt G. 97. 14^{i}. tanta igitur eſt canis recta aſcenſio.

QVA RATIONE PERSCVRTARI POSSIMVS ARcum eclipticæ cum alicuius ſtellæ aſcenſione recta coaſcendentem. Cap. IIII.

Cognita alicuius ſtellæ recta aſcenſione, debes cum ea ingredi tabulam aſcenſionum rectarum, & ex directo eius in frõte quidem ſignum, & in latere ſiniſtro numerum graduum eiuſdem ſigni habebis: ſin autem non habebis in tabula præciſe rectam aſcenſionem ingrediendum eſt duplici introitu ita inquirẽda proportionalis pars, vt ſæpius diximus, idem canis ſit in exemplum, cuius recta aſcenſio eſt G 97. 14. cum hoc numero ingredior tabulam aſcenſionum rectarum, & numerum proximum minorem accipio, qui eſt G. 96. 33. qui oſtendit in fronte 65. & in latere G. 6. quæ ſcribendarũ ſunt ſeorsũ, & duplici introitu peragendũ eſt, & duplex differẽtia inuenienda eſt: altera eſt huius numeri ad ſequentem numerum, quæ differentia competit vni gradui, altera eſt pariter eiuſdem numeri ad aſcenſionem rectam ſtellæ, prima igitur differentia, vt in tabula patet eſt G. 1. 5^{i}. ſecunda eſt 41. hoc igitur modo ratio conſtituatur.

Si G. 1. 5^{i}.	debentur G. 1.	quot debebuntur	41^{i}
65	60		05
	41		59
	60^{i}		045
	240		2460
	2460		655 |37
			6

Hæc

Hæc autem minuta, cum numerus augeatur, addenda sunt gradibus respondentibus numero proximo minori nostræ rectæ ascensioni, qui sunt G.69 & his additis G. 6. 38. secunda, sint plura, quàm 30. Hic igitur est ille eclipticæ punctus, qui cum stella cane ascendit, & descendit in recta Sphæra, & in obliqua ad cœli medieum preuenit, & docet, quę pars eclipticæ cum illa stella ascendat, si ab ariete numeraueris quæ est G.96. 38'. Hæc omnia cognita esse debēt, vt noctu stellas omnes dignoscere possis. Quod infra doctui sumus.

QVA RATIONE IN COELO STELLAE DIGNOSCI possint. Cap. V.

MVltis quidem rationibus id fieri potest, sed vna contenti erimus, quæ singulis noctibus, & per totam noctem nobis vsui esse potest. Quæ vt tibi nota sit quatuor tibi in promptu esse debent. Prima est tui loci poli eleuatio, 2. quibus noctib' illa stella, quam dignoscere cupis, supra tuum horizontem appareat: tertium quot gradus supra horizontem ascendere possit: quartum quota noctis hora ad maiorem altitudinem peruenerit. quæ omnia tibi perdiscenda sunt. Poli igitur eleuationem tui loci si ignoras facile disces ex catalogo ciuitatum, quem in tertio libro posuimus, vbi traditur quando Sol oritur. Nam in illo si non erit tua ciuitas aderit aliqua vicina, cum qua eandem poli altitudinem habebit. secundo loco tibi inquirendum est, quibus noctibus tua stella ad maiorem suam altitudinem peruenire possit. quod multis quidem modis fieri potest: sed cum hic facilitatem quæramus, hanc vnam trademus: inquire in tertio libro figuram primam, & vide quo zodiaci loco sit Sol eo tempore, cum aliquam stellam dignoscere cupis. cum illo deinde gradu ingredere, secundam figurā eiusdē libri & minorem rotulam, vbi zodiacus est, & super illū gradum pone lineam fiduciæ, & fac descendere Solem, vel locum Solis sub horizontem dextrorsum vbi scilicet est occidens, & euolue paucatim vsque ad Orientem, vel lineam Horizōtis, si dum euolueris videbis ad lineam meridianam peruenire illum eclipticæ gradum, cum quo tuam stellam coascēdere cognoueris superiùs illa nocte te posse dignoscere illam stellam contendere poteris, & si firmaueris rotulam cum locus stellæ ad lineam meridianam peruenerit, & acommodaueris rotulas omnes ad tuum diem, vt in superiori libro docuimus, linea fiduciæ horam tibi indicabit, qua id facile obseruare poteris: id autem aliquo

exemplo fiat notius. Scire volo die, 3. Septēbris 1587. quo die hæc scribebam num sequenti nocte visurus sim Canem stellam in sua maiori altitudine, hoc est quando ad lineam meridianam peruenit: primum in prima rotula tertii libri video Solem esse in gradu 12. ♍ super eum gradum in secunda figura colloco lineam fiduciæ, & euoluo rotulam zodiaci quoad septimus gradus 69 cadat super lineam meridianam super horizontem, & tunc cum locus Solis sit supra horizontem, fit, vt illa stella eo tempore minime cerni possit. si scire volueris quota hora ad illum locum perueniat accommodatis rotulis, vt toties dictum est in circulo horarum linea fiduciæ tibi ostendit H. 12. cum dimidia pene: sin autē scire volueris quo tempore, vel quibus noctibus id facere poteris, facito vt locus stellæ cadat super lineam meridianam, quæ inscripta est, 10. (ut in superiori libro dictum est) & zodiaco firmato super rotulam mobilē maiusculam vide, quæ pars zodiaci sub horizontem sit, dum sol versabitur in illa zodiaci parte, illam stellam sub meridiana linea noctu cernere poteris, vt in nostro exemplo Canis, quæ in G. 7. ♋. est, qui locus positus super lineam meridianam facit, vt ascendat G. 7. ♎, & descendat G. 7. ♑. dum igitur Sol erit a grad. 7. ♎. absque ad G. 7. ♑. per Capricornum & sol erit sub horixonte Canem stellam sub linea meridiana videre poteris. Qua verò noctis hora facile ex dictis colligere poteris, & in sequentibus dictum i scimus. Quod de cane diximus de ceteris quoque stellis dictum sit. Tertium quod proposuimus fuit, quot gradus supra Horizontem stella possit ascendere, quam dignoscere cupis, cognita loci tui altitudine poli ex 90 eam subducito, & reliquum dicitur complementum altitudinis poli, quod tibi indicat altitudinem æquatoris supra horizontem, quæ tanta est (vt in sphæra traditur) quanta est poli complementum: igitur si huic cōplemento stellæ declinationem adiunxeris cum stella est borealis hoc aggregatum tibi dabit illius stellæ supra horizontem maiorem altitudinem. Sin erit stella meridiana declinatio stellæ subducito ex complemento poli, & idem efficies. Quo in loco tamen animaduertendum est, quòd quando stella est Borealis, & aggregatum ex eius declinatione, & poli complemento excedit G. 90. tunc opus est, vt aggregatum subducas ex 180. & reliquum erit stellæ maior altitudo supra horizontem sed cum stellam videre cupis, opus est, vt boream versus respicias, vt infra docebimus. Hic igitur Venetii cū Poli eleuatio sit G. 45. eius complementum erit quoque G. 45. Canis stellæ declinationem diximus superius esse G. 15. 53'. & esse australem: Hāc igitur declinationem subducas oportet ex Poli altitudinis complemento, & erit reliquum G. 29. 7'. tantum igitur supra nostrum horizontem

stella

ſtella canis aſcendere poteſt.idem de ceteris ſtellis dictum ſit.Quartum propoſitum fuit,quod ſciendum eſt qua hora id efficere poteris, quod licet ex dictis facile intelligi poſſit:hic tamen aliquod exemplum afferẽdum cenſui.Nocte ſequente diem D. Thomę cum ſol primum gradum ♋ ingreditur ſcire uolo,qua hora ſtella canis maiorem ſuam altitudinẽ poſſidebit: primum præparo rotulas, quæ ſunt in ſecunda figura tertii libri,ut ibi docuimus. deinde euoluo ad lineam meridianã illum locũ eclipticæ,cum quo ſtella coaſcẽdit,linea fiducie tũc tibi oſtendet in horarum circulo horam,quam ſcire deſideras,& in cane tibi dabit H 8. 30^{i} ex horis ab occaſu ſolis, ab ortu uero H. 20. 30^{i}. a meridie H 12.45^{ii}. a media nocte 45^{i}.ex Horis planetariis H.6.cum dimidia, Ecce quantas oportunitates illæ rotulæ habeãt.Cognita igitur hora,quando ſtella ad meridiem peruenit,& quot gradus ſupra horizõtem aſcendere poteſt, reliquum eſt,ut uideamus, quomodo in cœlo illas cernere poſſimus. Multa ſunt inſtrumenta, quibus mathematici utuntur ad hæc omnia obſeruanda,quæ ad mathematicas diſciplinas pertinent: Sed quod hic appoſuimus ad noſtrum propoſitum mihi uidetur accommodatius, paretur igitur inſtrumentum de ligno huiuſmodi cum pede graui,ne facile in utendo loco,ubi collocaueris illud,moueatur. & animaduertas, quod illa regula in medio inſtrumenti poſita eſt ita coniuncta cum inſtrumento ut circulariter moueri poſſit, & habeat duas lingulas cũ ſuis foraminibus, quæ ſup lineam fiduciæ cadant diametraliter.Diuiſio autem fiat primum duabus lineis diametraliter ductis,& ſeſe ad angulos rectos diuidentibus,ut quatuor quartæ ſint inter ſe ęquales,ducãtur deinde circulariter duæ lineæ,ut in hac deſcriptione apparet, ut gradus, & & graduum numerus inſcribentur. diuidãtur deinde ſingulæ quartę in tres partes & hę partes iterum in tres,& harum ſingulę in duas, & has in 5.& erunt omnes,360,inſcribantur deinde numeri ita, ut ſingulę quartæ ſuos nonaginta gradus indicent,cuius initium ſumant ab illa linea, quæ inſcripta eſt A.B. quæ nobis horizontem ſignificat, ut linea C.D. nobis repreſentat illam lineam,quæ ducta a terrę centro uſque ad noſtri capitis zenith producitur, & linea circularis quæ inſtrumenti peripheria,uel circumferẽtia dicitur, repreſentat nobis lineam meridianam in cœlo.

Animaduer-


C
A
B
D
FIDVCIAE
LINEA

Animaduertas etiam,quod de medio instrumenti pendeat necesse est filum cum aliquo pondere,vt instrumentum ita collocetur,vt in nullam partem declinet.Præterea sciendum est, quod pes instrumenti debet esse ita altus,vt oculos subponere possis. licet in hac descriptione breuis sit,cum charta maiorem figuram capere nõ possit, instrumento ita parato parandus est & locus,in quo sine ullo impedimento vti possis.reperiatur scilicet aliquis locus altus. ex quo facile & ad meridiem, & ad Septentrionem prospicias totam lineam meridianam, quæ supra nostrũ horizontẽ est.& ita sit accommodatus,vt ab instrumento mõte vertas in Austrum,modo ab eodem instrumento in boream. Nam stellarum partem in illa,& partem in hac regione cernes. Præterea in eodem loco ubi instrumentum collocaturus sis, linea meridiana constituenda est.super qua debes ita collocare tuum instrumẽtũ, vt latera instrumenti super lineam cadant,sic .n. fiet,vt cum respexeris per foramina singula, tam si eam depresseris, quàm si eleuaueris, semper lineam meridianam prospicias,& si feceris,vt lineam fiduciæ cadat super lineã C.D. effeceris, vt prospicis per foramina in cœlo tui capitis zenith cernas.Vt autem lineam meridianam ibi constituàs,vbi instrumentum collocaturus es,debes circino quatuor,aut sex lineas circũducere,in cuius centro ponatur stylus,quem Gnomona Græci dicunt, & ita collocandus est,vt ad nullam partem declinet,sed super centro cuspis styli perpẽdiculariter cadat.His ita cõstitutis debes animaduertere per horam, aut per duas horas ante meridiem,quam lineam cupis umbræ styli tangat, & si nulla,expecta donec aliquam lineam hoc modo tangat, & vbi eam tangit ibi punctum effice,uel linea lineam diuide, vt in sequenti figura cernitur.Deinde iterum expecta,quoad vmbra eiusdem styli eandem lineam circularem,& eodem modo tangat,& ibi aliud signum effice,postea illam circuli partem,quæ inter vtraque puncta est in duas ęquas partes diuidas oportet, postremum ab illa diuisione,ad stylum, vel centrum circulorum ducito lineam rectam,quę linea meridiana dicitur, quòd ab vtraque parte lineam meridianã respicit. Aliis quoque rationibus id fieri potest sed hanc docuisse satis sit.

EXEM-

EXEMPLVM LINEAE MERIDIANAE.



A ſagitta volante in die, a negocio perambulante in tenebris ab incurſu, & demonio meridiano. Pſal. 90.

Super

Super hanc igitur lineam debes tuum instrumentum(vt supra dictũ est)collocare,& tuæ stellæ altitudo meridiana inuenta fac, vt linea fiduciæ,quæ in regula est cadat super illum gradum in instrumento ita, vt respicias in meridiem,si non amplius,quam 90.Gradus stellæ declinatiuis,& poli complemẽtum aggregatum fuerit vel in boream, si amplius quam 90. Gradus erit,& utraque perforamina prospiciens in cęlo stellam optatam cernes,& hæc ratio vbiq; terrarum, est accommodata sed animaduertas,vt id fiat eo tempore,quo illa stella,quam videre desiderat,ibi esse possit,& superiùs dictum est.Alijs vero temporibus, vel ante vel post lineã meridianã erit stella,& quo magis ab illo tẽpore certo,tẽp' distabat,quo illã videre tẽtaueris,eò magis alinea meridiana distabit.

QVOMODO OBLIQVAM STELLARVM ASCENsionem & descensionem proscurtemur. Cap. VI.

CVM dictum sit superiùs Aetii auctoritate, & aliorum,quòd nonnullarum stellarum vel ortus,vel occasus maximum aeris perturbationem excitet,ob id corpora cum sanorum, tũ ęgrotorum male afficiat; operę prętium esse duxi,si quomodo stellarum ortus, & occasus inuestigentur tradidero, & primum de ortu.Ad quam rem maxime conducit tabula differentialium ascensionalium,quam infra adscriptàm habes,& eisdem regionibus seruit, quibus & tabulæ,quas in superioribus libris posuimus illis scilicet,quarum poli eleuatio est G.35.38.41.45.48.50. & intermedijs etiam si partem proportionalem adhibueris.Animaduertas ramen oportet, quod illa tabulam illis tantumodo stellis seruit,quæ non plus,quàm G. 55.ab æquatore distãt cum iis poli eleuationibus nonnulla sit stella, quæ occidat,aut oriatur cum amplius, quàm 55. Gradus distant, qui tamen ut aliarum stellarum ortum, & occasum, scire volueris, quæ oriri, & occidere possunt in aliis scilicet. Poli eleuationibus habebis hic rationem,qua id facile possis. Tabulam igitur prius differentialium ascẽsionalium cognoscas oportet.Quæ in fronte gerit numerum graduum eleuationis poli,quibus seruit in latere sinistro grad' declinationis stellarũ in area differentias ascensionũ.In fronte igitur poli eleuatiouẽ inuenias,in sinistro latere stellæ declinationẽ siue borealis, siue australis sit,& in angulo cõi, quod inueneris erit differentia stellæ propositæ, quam demas ex ascensione recta stellæ,si stella fuerit borealis,aut eidem adiũgas, si fuerit australis,sic fit,vt illud aggregatũ, vel hoc residuũ obliquã ꝓpositæ stellæ ascẽsionẽ tibi demonstret,vt hoc exẽplo patet. Scire

volo Venetiis Canis obliquã ascẽsionẽ.cuius declinatio est(vt superiùs diximus)gradus 15.53^{i}. in fronte inuenio loci eleuationem poli 45. in latere ingredior primũ cum gradibus, 15.deinde cum minuta 53. idest cum proportionali parte,qui duo introit^{9} mihi dant G.16.32^{i}.cum autem hæc stella sit australis hæc differentia adiungenda est illius rectæ ascensioni,quæ est(vt superiùs docuimus)G.98.15^{i}.& his G.16.32^{i}.additis fiunt G. 115.48^{i}.tanta igitur est huius stellæ hic Venetiis, & hoc tẽpore obliqua ascensio.Sin autem eiusdem stellæ obliquam descensionẽ tibi cõpertam esse volueris,habita eius differentia ascensionalis(vt paulo ante docuimus,contraria ratione tibi agendum est, ac in illius obliqua ascẽsio docuimus.Nam si stella borealis est differẽtia,ascensionalis illius stellæ ascensioni rectæ addenda est, si meridionalis auferenda. Igitur ex recta Canis ascẽsione,quæ est G.99.15. si abstuleris G.16.32^{i}. eiusdem differentię ascensionalis reliquum erit G.81.43^{i}. tantus igitur est Canis obliqu^{9} occasus.Sin autem stellarum ortum,vel occasum scire desideras,in alijs locis,quorum hic tabulam non habes differentiarum ascensionalium,sic agendum est.Ingredere tabulam fœcundam cum eleuatione poli supra horizontem datum,& numerum e regione positũ seruabis,simili modo tibi ingrediendum est eandem tabellam cum stellæ declinatione,tam si borealis,quàm si australis est, & horum numerorum alter alterum multiplicet,si productum per sex extendatur,reiectisque primis sex figuris versus dexteram,vnitatem relictis iungendo si reiectæ plus 500000. denotauerint relinquetur sinus rectus differentiæ ascensionum stellæ propositæ, cuius sinus arcum docebit tabula sinuũ maximum habens 60000.particularum,vt hic noster est.Hac differẽtia cognita vtere vt superiùs monuimus. Sin autem habueris sinuum tabulam,cuius totus sin^{9} sit 100000. si ex multiplicatis numeris poli, & stellæ declinationis abiieceris quinque primas figuras versus dextram,vnitate relictis adiuncta,si abiectæ plus,quàm 50000. significauerint,& reliqui sinus recti arcum ex dicta tabula elicies, hic erit differentia ascensionum,qua tibi vtendum erit.Sed antequam hanc rem illustremus exẽplis,operæ præcium illud monuisse cẽseo,quod antequam alicuius stellæ vel ortum,vel occasum obliquum inquiras,quæ stellæ prius vel ortu, vel occasu afficiantur tibi inquirendum est.Cuius rei illa perpetua regula sit:quòd quæ stellæ maiorem habent declinationem, quàm poli complementum est, si boreales sunt iis, qui ab æquatore ad polum arcticũ habitant,nunquam occidunt,sin autem sunt australes nunquam oriuntur.Iis verò,qui inter æquatorem,& polum antarcticum versantur contrario modo se habent.Nam quæ stellæ australes sunt, & maiorem decli

natio-

nationem habent,quàm poli complementum,eæ nunquàm occidunt, quæ verò sunt boreales nunquam oriuntur.His cognitis, vt res fiet illustrior,aggrediamur exempla:Scire volo Venetijs obliquam ascensionē lucentis Stellæ in corona Ariadnæ,quę illius imaginis prima est:primū eius declinationem per superiores regulas video esse G. 28. 23'. cuius declinatio cum sit minor,quàm poli complemētum, quod Venetiis est G. 45.eā ortū & occasum pati cognosco. Ingredior tabulam fœcūdam cū gradibus poli,q̃ sunt 45. & numerus e regione positus est. 100000. ingredior deinde cū declinatione stellæ duplici introitu, qd̃ grad⁹ nō sint ītegri,& īuenio 53614.Qui multiplicatus ꝑ 100000.cōficit 5361-400000.hūc aūt numerū multiplico ꝑ sex reddit hūc 32168400000. abiectis aūt primis sex figuris reliquū est 32168.q̃ sin⁹ est differētię ascē sionū,cuius arcus est G.32.25'.qua differētia vtere,vt superiùs dictū est.

CVM QVO GRADV ECLIPTICAE QVAELIBET Stella oriatur,vel occidat obliquè,& quota hora. Cap.VI.

SVperioribus cognitis non erit,hoc difficile cognitu. Nam si cum ascensione obliqua tabulam obliquarum ascensionum ingressus fueris,in fronte tabulæ habebis signum,in parte sinistra Gradus signi,cū quo oritur,Eodem modo elicies punctum eclipticæ,cum quo occidit si prius didiceris, quantus arcus eclipticę descensioni eius obliquę tribuatur,quæ omnia licet per se satis nota sint,vt tamen notiora fiant aliquod addatur exemplum. Scire uolo cum quo gradu eclipticę hic Venetijs oriatur Canis,cuius obliqua ascē sio est Grad 114.47'.cius enim recta ascensio est Grad.98:15.differentia ascensionalis est G.16.32'.quæ aggregata conficiunt G.114.47.vt in superiori capite dictum est.Cum hoc igitur numero graduum ingredior tabulam obliquæ ascensionis ad latitudinem Venetiarum Grad.45. idque in area inquiro,& mihi ostendunt G.6.♌.& aliquantulo plus. Sin aūt scire volueris cū quo gradu eclipticæ occidat, priùs inquire obliq̃ ascensionē,qd̃ fit(vt dictū est)si cōtraria rōne differētia ascēsionali vsus fueris,deme igitur eā de recta ascēsiōe residuū erit G.82.15. cū his īgredere eādē tabulā,&habebis G.13.♑.cū hoc igitur gradu canis occidit. Sin aūt scire volueris,quota hora eadē stella oriatur,vel occidat vtere figura secunda tertii libri,vt eo loco docuimus,& habebis,qd̃ quæris qd̃ maxime cōducet ēt ad cognoscēdas stellas in cœlo. Nā si respexeris ad ortum ea hora,qua illa stella oritur,& habebis ante oculos imaginem illam in qua illa collocata est ut illius situm inter alias habeas facile illam agnosces quod, & de occasu dictum sit.

QVA RATIONE SCIRE POSSIMVS QVOT GRADUS, & milliaria inter duas stellas intersint. Cap. VII.

QVæcunque in primo libro docuimus ad metiendas omnes distantias locorum, ea omnia in hunc locum recte trãsferri possunt præter illam tabulam, & rationem, quæ distantiarũ milliaria indicant. In octaua enim Sphæra vnus gradus longe plura milliaria continet, quàm in terris, ob id ad hanc rem noua tabula condenda esset. Sed primum graduum doctrinam explicemus. Et primum per tabulam conuersionum graduum extra æquinoctialem in gradus æquatoris. Quæ tamen opus non est in iis stellis, quæ Latitudine tantum differunt. Satis enim est si sunt in eadem parte cœli austrina, vel borea, minorem Latitudinem de maiori subducere, & reliquum erit propositarum stellarum distãtia. Sin autem altera erit austrina, altera borea, vtriusque stellæ Latitudinem simul iunge, & earum distantia tibi nota erit. Cum vero differunt Longitudine tantum, vel Longitudine, & latitudine, sic negocium peragendum est, vt hic exemplis patet. Scire volo distantiam inter illam stellam, quæ in extrema cauda Vrsæ minoris ẽ, & illam, quæ est in extrema cauda maioris Vrsæ. Prima habet Longitudinem Grad. 143. 10. prima est ad Lati. Grad. 66. secunda Grad. 54. subducito minores numeros de maioribus vt infra, habebis Longitudinũ, & Latitudinum differentias.

Maioris Vrsæ Longitudo	Grad. 143. 10.	Minoris Vrsæ Latitudo	Grad. 66. 0.
Minoris Vrsæ Longitudo	Grad. 53. 30.	Maioris Vrsæ Latitudo	Grad. 54. 0.
Diff. Longitudinis	Grad. 89. 40.	Diff. Latitudinis	Grad. 12. 0.

His ità constitutis, quot gradus æquatoris contineat Longitudinis differentia tam in parallelo stellæ Vrsę minoris, quàm Vrsę maioris uidendum est, & primum de hac, quod fit hoc modo: cum Latitudine huius stellę ingredere tabulam conuersionum graduum extra ęquinoctialem in gradus ęquatoris, quæ est in Cap. 8. lib. primi, & vide quot minuta, & secunda respondent vni gradui, & illa multiplica cum differentia Longitudinis, & habebis quot gradus ęquatoris illa distàntia in eo parallelo contineat. Cum Latitudine igitur stellæ Vrsę maioris propositæ ingredere illam tabulam, & uidebis ei respondere Min. 35. 16ⁱⁱ. Sic igitur fiat multiplicatio.

Diff.

Diff. Longitud. ſcrupula unius Grad.

P	I	II	III
89	40		
	35	16	
		10	40
	7	28	
	16	0	
	23	20	
16	55		
35	0		
62	41	58	40

Tot igitur gradus ęquatoris differentia longitudinum in hoc parallelo cōtinet. Quod ipſum & in parallelo ſtellę polaris faciendū eſt: ingredere igitur eandem tabulam cum Latitudine illius ſtellæ, quæ eſt G. 66. & videbis reſpondere vni gradui. M. 24. 24ii. hęc multiplica cum differētia Longitudinis, & productum tibi dabit Gradus diſtantiæ Longitudinum in parallelo ſtellæ polaris, ſic igitur agas.

Differentia Longit. Scrup. reſpondentia Grad. 1.

P	I	II	III
89	40		
	24	24	
		16	0
	11	12	
	24	0	
	16		
11	12		
24			
36	3	28	0

Omnium ſumma.

Et hæc eſt diſtantia differentiæ Longitudinum in parallelo ſtellæ polaris, quam ſi ſubduxeris ex ſuperiori, & huius differentiæ ſemiſſem addideris ad minorem differentiam, vel a maiori ſubduxeris habebis hoc latus longitudinis æquatum,

	G. 62. 41i. 58ii. 40iii.
	G. 33. 3. 28. 0
Differentia Longitudinum	G. 26. 38. 30. 40.
Semiſſis huius diff.	G. 13. 19. 15. 20.
G. 62. 41i. 58ii. 40iii.	G. 36. 3i. 28ii. 0iii.
G. 13. 19i. 15ii. 20iii.	G. 13. 21i. 15ii. 20iii.
G. 49. 22. 43. 20.	G. 49. 22i. 43ii. 20iii.

Hoc

Hoc est latus, æquatum duplici ratione inuentum, vt licet videre, quod Grad. 49. $\frac{1}{2}$ Paulo minus.

Cuius quadratum erit illud

$$\begin{array}{r} 49\frac{1}{2} \\ 49\frac{1}{2} \\ \hline 441 \\ 196\frac{1}{4} \\ 24\frac{1}{2} \\ 2 \\ \hline 2456. \end{array}$$

Quadratum lateris æquati

In huiusmodi .n. rationibus scrupula negligenda sunt. Iam tibi inueniendum est quadratum differentiæ Longitudinis, quæ est G. 12

$$\begin{array}{r} 12 \\ \hline 144 \end{array}$$

His additis cum superioribus conficiunt quadratum

Quadratum Longitudinis	2456
Quadratum Latitudinis	144
Quadratum dimentientis	2600

$$\begin{array}{r} 2600 \\ \hline 50 \\ \hline 10 \end{array}$$

Dimentientis radix
